









**Codex diplomaticus Lusatiae superioris.**



**SAMMLUNG DER URKUNDEN**

für

das markgrafthum Oberlausitz.


Herausgegeben

von

**Gustav Köhler.**

**Zweiter Band.**

I. Heft.



**GÆRLITZ.**

Im selbstverlage der Oberl. gesellschaft d. wissenschaften.

1854.

07125



Löcher des oberen Theils

SAMMLUNG DER URKUNDEN

des Markgrafen Otto

herausgegeben

von

Ernst Köhler

Zweiter Band

Verlag von C. Neumann, Neudamm



Impressione sigilli iustitiae conscripti  
dilectis permanenti carum hanc conscribi ad nostri

Signum domini Ottonis augusti imperatoris  
anno imperij eius octavo  
5 punto facta. (sigillum)

Enllissus cancellarius ad norem Roberti archidiaconi  
pellani notarii in Ravenna civitate.

Das dem sehr beschriebenen originale No. 4. aufbewahrt  
im K. S. Archiv zu Dresden. Das theilweise zerbrochene  
10 auf die rechte aufgebundene ist völlig unkenntlich und ab-  
gedruckt. Die erste Seite hat Luther und die zweite dem Texte  
stehenden Seiten vom Signum 61. I.  
geschrieben.

Kaiser Otto I. überweist dem Folcholdus bischof  
von Meissen den zehnten in den provinzen  
Dalaminza, Nisane, Diedesa, Milzsane u. Lusize.  
D. Ravenna 970. 5

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto  
diuina fauente clemencia imperator augustus. Nouerint  
omnes fideles nostri presentes scilicet et futuri, qua-  
liter interuentu dilectissimi filii nostri imperatoris  
augusti simul et Adalheidae carissimae conjugis nostrae 10  
quasdam res nostri iuris Misanensi ecclesiae, cui  
venerabilis Folcholdus episcopus prae esse dinoscitur, 20  
ob animae nostrae remedium in proprietatem conces-  
simus. Hoc est tributi pars decima, quod in quinque  
prouinciis, hoc est Dalaminza, Nisane, Diedesa et 15  
Milzsane et Lusiza, quicquid ad nostram imperialem  
utilitatem pertinere uidetur, ut antea quam comes 20  
earundem regionum partem sibi a nobis concessam  
auferat atque distribuatur decimas per totum et per  
integrum iam dictae sanctae dei aecclesiae persoluat, 20  
id est in melle, crusin, solutione argenti, mancipiis,  
uestimentis, porcis, frumento et ut inquirendis rebus 25  
quod uulgo uberehoufunga uocatur obliuione admo-  
nemur ut non tradatur haec a pio genitore nostro  
imperatore augusto, ita decreta atque sancita simul 25  
et iussa nouimus. Quapropter ut haec suae simul  
et nostrae concessionis tradicio deinceps firma sta-



bilisque permaneat cartam hanc conscribi ac nostri impressione sigilli iussimus consignarij.

Signum domini Ottonis magni et inuictissimi imperatoris augusti. Anno imperij ejus tricesimo  
5 quinto facta. (Sigillum.)

Uuillius cancellarius ad uicem Rodberti archicappellani notarii in Ravenna ciuitate.

(Aus dem sehr beschädigten originale No. 6. auf pergament im K. S. staatsarchive zu Dresden. Das theilweise zerbrochene  
10 auf die urkunde aufgeklebte siegel ist völlig unkenntlich und abgedrückt. Die erste zeile bis: futuri und die unter dem texte stehenden zeilen von: Signum etc. an sind in verlängerter schrift geschrieben.)

## II.

15 König Otto III. schenkt dem bischofe Aico von Meissen das aus mehreren namhaft gemachten orten bestehende beneficium des grafen Aesico.  
D. Havelberg, 6. october 995.

20 In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Otto diuina fauente clemencia rex. Omnium fidelium nostrorum tam praesencium quam et futurorum nouerit industria quomodo nos ob remedium animae<sup>1)</sup> nostrae parentumque nostrorum nec non et per interuentum Aiconis uenerabilis episcopi dedimus beneficium<sup>2)</sup>  
25 cuiusdam fidelis nostri Aesiconis<sup>3)</sup> comitis uidelicet Vrscini Bichni, Paue, Czerisco, Liubanisci, Herri, Sciammanstedi, Unscia, Potorisci, insuper quicquid nostri juris habuerit, beneficii totum ad episcopatum in honore sancti Donati martiris,<sup>4)</sup> constructum in ciuitate  
30 Misna uocitata, cui isdem uenerabilis presul in praesenti praesidet. Atque id ipsum beneficium ex integro ubicumque iaceat cum omnibus utensilibus suis, hoc  
<sup>1)</sup> anime. <sup>2)</sup> beneficium totum. <sup>3)</sup> comitis Asic. Die worte: uidelicet bis beneficii totum fehlen. <sup>4)</sup> martyr.



est areis, aedificijs, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis pascuis, siluis, uenationibus, aquis, aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, uiis et inuiis, exitibus et redbibus, quaesitis et inquirendis, mancipiis utriusque sexus cunctisque alijs appendiciis, quae adhuc dici inueniri aut nominari possunt ei in proprium tradidimus, ea uidelicet ratione ut iam dictus Aico episcopus suiue successores liberam dehinc habeant potestatem disponendi ordinandj atque in usum monasterii faciendi. Et ut haec nostra regalis tradicio nunc et in futuro firma et inconuulsa permaneat, hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione iussimus signare manueque propria vt infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Ottonis gloriosissimi regis. (Sigillum.)

Hildiboldus episcopus et cancellarius uice Willigisi archi episcopi recensui.

Data ii. nonas octobris, anno domini incarnationis dccccxcv., iudictione viii., anno autem tercii Ottonis regnantis xii. Actum Hauelunberge feliciter amen.

*(Aus dem originale auf pergament No. 9. im K. S. staatsarchive zu Dresden. Die erste zeile bis zu dem worte: industria, die worte: Signum — regis und: Hildiboldus — recensui sind in der langgezogenen schrift geschrieben. Das siegel in braunem wachse, welches aufgeklebt ist, hat, so viel man von dem fast plattgedrückten noch erkennen kann, den könig dargestellt, die krone auf dem haupte, in der linken den reichsapfel, in der rechten den imperatorenstab. Von der umschrift sieht man noch: .TTO † GRIA. D. AVG. Früher gedruckt bei Heydenreich, historie der pfalzgrafen von Sachsen 25).*

Die varianten sind dem sub No. 11. in demselben archive vorhandenen pergamentenen originale, in welchem die namen der orte weggelassen sind, entnommen. An diesem briefe ist das siegel wohlerhalten.



## III.

König Otto III. schenkt dem stifte Meissen das  
beneficium Thammo's, nämlich die villae Sige-  
frideshuson, Silzesteti, Wendilburgoroch im Har-  
5 degau gelegen. D. Mogontie, (12. november)  
2. id. novemb. 995.

In nomine sanctae et iudiuiduae trinitatis, Otto  
diuina fauente clemencia rex notum sit omnibus in  
Christo fidelibus tam presentibus quam futuris, quo-  
10 modo nos ob interuentum Aigonis uenerabilis episcopi  
sancto Johanni euangelistae et sancto Donato martyri  
Christi ad altare Misnensis aecclesiae pro remedio  
animae patris nostri simul et animae nostrae quandam  
nostrae proprietatis partem, quicquid Thammo in be-  
15 neficium habuit in uillis Sigefrideshuson, Silzesteti,  
Wendilburgoroch, vel ubicumque situm sit, in co-  
mitatibus Friderici comitis et Vnegonis comitis et in  
pago Hardega situm cum mancipiis utriusque sexus  
nostri iuris seruis et ancillis altari pretitulato in pro-  
20 prium concessimus firmiterque donauimus cum om-  
nibus utensilibus ad id iuste pertinentibus, aedificijs,  
areis, pratis, pascuis, campis, siluis, terris cultis et  
incultis, aquis aquarumve decursibus, uiis et inuiis,  
exitibus et reditibus, molendinis, quaesitis vel adhuc  
25 inquirendis omnibusque ad id iuste spectantibus, eo  
uidelicet tenore, ut eiusdem aecclesiae presul Aigo  
eiusque successores libero perfruantur arbitrio haec  
tenendi. Et vt haec nostrae donacionis auctoritas  
firma stabilisque permaneat, hoc preceptum inde con-  
30 scriptum anulique nostri inpressione signatum manu  
propria firmauimus.

Signum domni Ottonis magni et inuictissimi regis.  
Hildibaldus episcopus et cancellarius uice Uuilligisi  
archiepiscopi et archicancellarij recognoui. (Sigillum.)  
35 Data ii. idus novembris, anno incarnationis do-  
minicae DCCCC.XC.V. iudictione viii., anno uero tercii Ot-  
tonis regnantis xii. Actum Mogontie feliciter amen.

(Aus dem originale auf pergament No. 12. im K. S. staats-  
archive zu Dresden mit dem bekannten siegel. Eingang und  
40 unterzeichnung wie gewöhnlich mit verlängerter schrift.)



## IV.

König Otto III. setzt die grenzen des bisthums Meissen seinerseits fest od. vielmehr bestätigt die früheren. D. Franconofurt, 6. december. (VIII. id. decemb.) 996.

5

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Otto diuina fauente clemencia rex, notum sit omnibus in Christo fidelibus scilicet presentibus et futuris, quomodo nos pro remedio animarum dilecti aui nostrj simul et patris nostri nec non pro nostrae animae remedio more antiquorum imperatorum et regum, nostra regali potestate Misnensi episcopatu terminum posuimus nominando fines et determinaciones locorum sicut infra tenetur. Vbi caput et fons aquae quae dicitur Odera. Inde quasi recta uia usque ad caput Albiae. Inde deorsum in occidentalem partem, ubi diuisio et confinium duarum regionum Behim et Nisenin. Ibidem ultra Albiam et per siluam in occidentalem partem usque ad caput Mildae. Et sic deorsum ambas plagas ejusdem fluminis scilicet prope occidentalem ripam Rochilnze et sic usque dum Milta intrat in Albiam nec non ob hoc diximus in occidentali plaga, quia multae uillae pertinent ad orientales urbes et sic sursum et ultra prouinciam Nizizi ad eundem terminum sine dubio, nec non in altera parte Lusizi et Selboli. Et sic usque ad ciuitatem Zalbiza, illam uidelicet infra eundem terminum. Et inde in aquam quae dicitur Odera et sic Odera sursum usque ad caput eius. Omnes uero qui infra terminum istum habitent in omni fertilitate terrae frugum et pecudum, in argento, uestimento nec non quod teutonici dicunt ouarcapunga et talunga familiarum in super tota utilitate et in omnibus rebus quibus mortales utuntur diuersis modis, decimaciones quas deo cuncta gubernanti debent ad Misnensem aecclesiam, primo deo deinde sancto Johanni euangelistae beatoque Donato martiri dei uniuersa dubietate procul remota persoluant referant et reddant. Et si quis hoc preceptum in remuneracionem deo constitutum disuestire uel



disrumpere temptauerit odium dei sanctorumque  
 omnium incessanter habeat. Et ut haec nostrae regiae  
 potestatis donacio et constitucio nunc et in futuro  
 firma et inconuulsa permanendo consistat, hoc pre-  
 5 ceptum inde conscriptum sigilli nostri inpressione  
 signare iussimus manaque propria, ut infra uidetur  
 6 corroborauimus.

Signum domni Ottonis magni et gloriosissimi  
 regis.

10 Hildibaldus episcopus et cancellarius uice Willigisi  
 archicapellani recognoui.

Datum viii. idus Decembris, anno dominicae in-  
 carnacionis dcccc.xc.vi., jndict. ix. (viii.), anno uero  
 15 tercii Ottonis regnantis xiii. Actum in Franconofurt  
 feliciter amen.

*(Aus dem originale No. 13. im K. S. staatsarchive zu Dresden  
 auf pergament, an welchem das siegel verloren. Die erste zeile  
 und die worte: Signum — recognoui sind in verlängerter schrift  
 geschrieben.)*

20

## V.

König Heinrich II. schenkt dem stifte Meissen  
 drei castra: Ostrusna, Trebista u. Chounim in  
 pago Milzani in comitatu Herimanni. D. Westum-  
 pholida. Kal. Jan. 1006.

25 In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Henricus  
 diuina fauente clementia rex. Si aecclesias dei ali-  
 cuius doni incremento meliorare studuerimus, hoc  
 nobis profuturum esse minime dubitamus. Quapropter  
 omnium fidelium nostrorum presencium scilicet ac  
 30 futurorum nouerit industria qualiter nos pro interuentu  
 Chunigundae reginae conjugis uidelicet ac animae  
 nostrae remedio tria nostri iuris castella cum omnibus  
 eorum pertinentiis cum exitibus et reeditibus, siluis,  
 aquis, aquarumue decursibus, molendinis, piscationibus  
 35 cunctisque utilitatibus adiacentia in pago Milzani in  
 comitatu Herimanni comitis, quorum nomina haec sunt:



Ostrusna, Trebista, Chounim . . . . .\*) Misnensi  
 aecclesiae in honore sancti Johannis ewanstelistae  
 dedicatae, cui nunc venerabilis episcopus Heico preesse  
 uidetur, hac preceptali pagina donando confirmamus,  
 omnium hominum contradictione remota. Et ut haec 5  
 nostrae donationis auctoritas stabilis et inconuulsa  
 omni permaneat tempore, hanc paginam inde con-  
 scriptam prout iuste ac legaliter possumus manu pro-  
 pria corroborantes sigilli nostri inpressione insigniri  
 iussimus. 10

Signum domni Heinrichi regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius vice Willigisi archicapel-  
 lani recognouit. (Sigillum.)

Anno dominicae incarnationis millesimo vi., in-  
 dictione iii., anno ii<sup>o</sup>. domni Heinrichi secundi regnantis, 15  
 v. data kal. Januarij Uestum pholida feliciter amen.

*(Aus dem etwas durch moder beschädigten originale No. 15.  
 im K. S. staatsarchive zu Dresden auf pergament, mit dem siegel  
 des königs aufgeklebt auf das pergament. Die erste zeile bis zu  
 dem worte: hoc, ebenso von: signum — recognouit sind in ver- 20  
 längerter schrift ausgeführt. Die schlussworte sind geschrieben:  
 feliciter AMEN. Das siegel, dessen umschrift fast ganz un-  
 leserlich ist, stellt den könig auf dem throne sitzend mit erhobenen  
 armen dar.)*

## VI.

König Heinrich schenkt die villae Glupp, Difno-  
 wocetla, Zenici, Nuratinacethla, Golenzizacethla,  
 et Brochotinacethla der kirche zu Meissen. D. 25  
 19. juli 1043.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Hein- 30  
 ricus diuina fauente clementia rex. Nos qui diuinae  
 pietatis concessu in solio regni sedemus, quamuis  
 tocuis rei publice cura ad nos disponenda respiciat,  
 in hoc tamen specialiter laborare debemus, ut loca

\*) Ghounin, war vom schreiber ausgelassen und ist  
 über den text gestellt von derselben hand. Die punctirte stelle 35  
 ist durch moder unleserlich.



aecclesiasticis obsequiis deputata ab omni inquietudine  
 seorsum in proprio statu permaneant ad propriae  
 administrationis sublementum nova edificentur, ac  
 uetera quacumque occasione dilapsa ad laudem et  
 5 gloriam nominis dei nostris temporibus ad qualita-  
 tem prioris formae restaurentur. Quod non solum  
 presentis uitae solacium, sed etiam futurae retri-  
 bucionis fore credimus emolumentum. Qua propter  
 uniuersitati fidelium nostrorum presentium ac futuro-  
 10 rum patere uolumus quatenus Misnensis episcopus  
 Eiko reclamatione facta nobis innotuit eandem aecce-  
 siam cui ipse pastoralis cura ac titulatus presideret,  
 jam peccatis exigentibus crebra hostium deuastatione  
 desolatam ac pene ad nihilum ita fuisse redactam,  
 15 ut nomine tantum solo praeesset, reliqua autem de  
 rebus territoriis appertinencia ita ab hostibus fuisse  
 direpta ut ordini ecclesiastico nec honor debitus aut  
 utilitas aliqua diucius inde exhiberi potuisset. Quo  
 audito ex debito condescensionis ingenuimus et pro  
 20 his recuperandis aliquod supplementum conferre de-  
 creuimus. Ideo, eidem praefatae aecclesiae sex villas  
 nostrae proprietatis concedimus, quatuor in pago Dala-  
 minci: Glupp, Disnouuocetla, Zenizi, Nuratinacethla,  
 vnam in pago Gudici nomine Golencizacethla, vi in  
 25 Niseni Brochotinacethla cum mancipiis utriusque sexus,  
 silvis, uenationibus, aquis, aquarumue decursibus,  
 piscationibus, molendinis, pratis, pascuis, edificiis,  
 uis et inuis, exitibus et redbus ac cum omnibus  
 appertinenciis inquisitis seu inquirendis. Haec autem  
 30 praedictae aecclesiae in proprium ea ratione tradi-  
 dimus, ut episcopus Eiko ejusque successores eadem  
 praedia aecclesiastico jure obtineant, et qualiter eis  
 uisum fuerit in usus ejusdem ecclesiae uertendi libe-  
 ram habeant facultatem. Et ut hoc nostrae conces-  
 35 sionis donum per tempora futurae posteritatis stabile  
 maneat et inconuulsum hanc regalis praecepti pagi-  
 nam inde conscribi ac manu propria confirmantes  
 sigillo nostro praecepimus insigniri.

40 Signum domini Heinrichi regis inuictissimi. (Sigillum.)  
 Guntherius cancellarius vice Erchambaldi archi-  
 capellani recognouit.



Data xiv. kal. aug. iudictione xi. Anno dominicae incarnationis millesimo xiii., anno autem domni Henrici secundi regnantis xii. Actum Vranconovurt, feliciter amen.

(Nach dem originale im Meissner stiftsarchive mit dem bekannten siegel. Früher mit falschen lesarten bei Schöttgen u. Kreysig, Beitr. I. 5. gedruckt). 5

## VII.

König Heinrich III. schenkt dem stifte Meissen das castrum Bichni. D. Goslar, 20. juli (XIII. kal. augusti) 1040. 10

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Henricus diuina fauente clemencia rex, omnium fidelium nostrorum tam presencium quam futurorum nouerit industria, quomodo nos ob remedium anime nostre et gloriose memorie genitoris nostri Chuonradi, nec non et per 15 interuentum Humfridi sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopi et Bradelohi episcopi nostrique fidelis, siue etiam Hekkihardi nostri dilecti marchionis, concedimus, damus atque per nostri precepti paginam confirmamus sacrosancte Misnensi ecclesie in honore sancti Donati 20 martiris constructae, cui nunc preest uenerabilis episcopus Aico castellum quod dicitur Bichni ex integro cum omnibus utensilibus uel pertinentiis suis scilicet cum areis, edificiis, terris cultis et incultis, pratis, campis, pascuis, siluis, uenacionibus, aquis, aquarumue decursibus, 25 piscationibus, molendinis, uiis et inuis, exitibus et redditibus, quesitis et inquirendis et utriusque sexus familiis cunctisque aliis appendiciis que adhuc dici inueniri aut nominari possunt, ea uidelicet ratione ut iam dictus Aico episcopus suiue successores liberam 30 dehinc habeant potestatem disponendi, ordinandi atque in usu monasterii quicquid uoluerint faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio nunc et in futuro firma et inconuulsa permaneat, hoc preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione insigniri iussimus 35 manaque propria ut infra uidetur corroborauius.

Signum domni Henrici tercii gloriosissimi atque inuictissimi regis.



Eppo cancellarius uice Bardonis archicancellarii recognoui. (Sigillum.)

Datum XIII. kal. augusti, iudictione VIII., anno dominice incarnationis MXL., anno autem domni Henrici  
5 tercii, ordinationis XIII., regni secundo. Actum Goslare feliciter amen.

(Aus dem originale No. 18. auf pergament im Dresdener geh. staatsarchive. Die unterstrichenen worte und die unterschrift: Signum — recognouit sind mit verlängerter schrift geschrieben.  
10 Das vortrefflich erhaltene siegel in braunem wachse zeigt den könig auf dem throne sitzend, in der rechten den mit einem vogel verzierten stab, in der linken den reichsapfel haltend. Umschrift: HEINRICVS DEI GRACIA REX.)

### VIII.

15 Kaiser Heinrich III. schenkt dem stifte Meissen die besitzungen der Irmengard in den orten Wiedertat, Heizstede vnd Scenderslebe im Schwabengau in der grafschaft des grafen Teti. D. Misne, 2. juli 1046.

20 In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Henricus divina favente clemencia rex. Si locis deo dicatis iuxta petitiones dei seruorum aliquid beneficii ex habundanti copia conferimus, et ad aeternam ob-  
tinendam vitam et ad temporalem feliciter transigen-  
25 dam nobis pro futurum esse liquido credimus. Qua propter notum esse volumus sanctae uniuersitati aecclesiae tam futurae quam et praesenti, qualiter nos pro divina contemplacione animarumque parentum nostrorum redemptione, tum ob utriusque vitae per-  
30 petuam felicitatem nostrae uidelicet et Agnetis reginae nostrae contectalis dilectae, sanctae Misnensi aecclesiae in honore sancti Johannis euangelistae sanctique Donati martyris constructae, nec non fratribus inibi deo seruiantibus ad complendum scilicet eorum stipendia-  
35 rium victum tale praedium, quale Irmingart in locis Uuiderstat, Heizstete, Scenderslebe dictis obtinuit, in nostrum jus atque dominium hereditario jure redactum sitam in pago Suabvñ dicto et in comitatu comitis



Teti in proprium tradidimus cum omnibus suis appen-  
 diciis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, aedi-  
 ficiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis  
 aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscatio-  
 nibus, silvis, venationibus, exitibus et redditibus, viis 5  
 et inviis, quaesitis et inquirendis, cum omni utilitate,  
 quae ullo modo ad usum fratrum inde poterit pro-  
 venire, hac videlicet ratione, ut praepositus et caeteri  
 praefate sedis canonici ita libere praedicta teneant  
 bona, ne episcopus ullam potestatem habeat aliquid 10  
 ad suum usum aut seruitium tollendi vel usurpandi,  
 aut ulli hominum in beneficium dandi vel praesen-  
 tandi, sed tantum modo ad usum et utilitatem fratrum  
 potestatem habeat, prout melius potuerit disponendi  
 vel ordinandi. Et ut haec nostra regia auctoritas 15  
 stabilis et inconuulsa per succedentium momenta tem-  
 porum maneat, hanc paginam inde conscriptam, manu  
 propria ut infra poterit videri, corroborantes, sigilli  
 nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domini Heinrici tercii regis invictissimi. 20  
 (Sigillum.)

Theodericus cancellarius vice Bardonis archican-  
 cellarii recognovi.

Data vi. non. julii. anno dominicae incarnationis  
 MXLVI., iudictione XIV., anno autem domini Henrici tertii, 25  
 ordinationis ejus XVIII., regni vero VIII. Actum Misena  
 in dei nomine feliciter, amen.

(Nach dem beschädigten originale auf pergament im Meissner  
 stiftsarchiv mit einem halbzerbrochenen siegel.)

### IX.

30

König Heinrich III. schenkt der Meissner kirche  
 das castellum Zawiza mit seinen zubehörungen  
 in pago Dalmantia. D. Meissen, 2. juli (vi. Non.  
 jul.) 1046.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Hein- 35  
 ricus diuina fauente clementia rex. Nos qui antiquorum  
 insignia regum domino iubente gerimus, egregia eorum



merita ex scriptis in aecclesia Christi frequenter au-  
 dimus. Ea quippe a uenerabilibus uiris episcopis  
 abbatibus eiusdem causa negotii in nostram collata  
 praesentia imitari decet, quibus diuina inspirante gracia  
 5 id animi sedet, ut aecclesias Christi infra nostri con-  
 tiguum regni constitutas de nostra habundanti copia  
 ubi ex toto non possimus ex parte augmentemus.  
 Quapropter notum esse uolumus omnibus Christi  
 nostrique fidelibus presentibus scilicet et futuris, quia  
 10 nos ob remedium animarum parentum nostrorum et  
 ob utriusque uite perpetuam felicitatem nostrae uide-  
 licet et AGNETIS reginae nostrae contectalis dilectae,  
 tum ob petitionem et fidele obsequium BRVNONIS  
 MISSENENSIS aecclesiae presulis, eidem aecclesiae sub  
 15 honore sancti JOHANNIS euangelistae sanctique DONATI  
 martiris constructae et pretitulato interuentu episcopo  
 castellum nomine Zavviza cum omnibus ad idem per-  
 tinentibus uillis et caeteris appendiciis suis, situm in  
 pago DALMATIA dicto et in marchia MISSENENSI in pro-  
 20 prium tradidimus, hoc est utriusque sexus mancipiis  
 areis aedificiis terris cultis et incultis, agris, campis,  
 pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molis,  
 molendinis, piscationibus, siluis, uenationibus, exitibus  
 et redditibus uiis et inuiis quaesitis et inquirendis cum  
 25 omni utilitate, quae ullo modo inde poterit peruenire,  
 ea uidelicet ratione, ut prescriptus presul omnesque  
 successores eius de prefato predio liberam dehinc  
 potestatem habeant obtinendi, tradendi, commutandi,  
 precariandi uel quicquid sibi placuerit inde ad usum  
 30 sanctae aecclesiae faciendi. Et ut haec regiae nostrae  
 tradicionis liberalis auctoritas stabilis et inconuulsa  
 per succedentium momenta temporum maneat, hanc  
 paginam inde conscriptam, manu propria ut infra po-  
 terit uideri corroborantes sigilli nostri impressione  
 35 iussimus insigniri.

Signum domni Heinrichi tercii regis inuictissimi.  
 (Sigillum.)

Theodericus cancellarius vice Bardonis archican-  
 cellarii recognoui.

40 Data VI. non. jul. anno dominice incarnationis  
 M.<sup>o</sup>XL.VI., iudictione XIV., anno autem domni Heinrichi



tercii ordinacionis eius xviii., regni uero viii. Actum  
Missene in dei nomine feliciter AMEN.

(Aus dem pergamentoriginale No. 20. im K. S. staatsarchive  
zu Dresden, an welchem das siegel verloren ist. Die eingangs-  
formel zum worte: gerimus, und die unterschrift: signum — re- 5  
cognoui sind in verlängerter schrift geschrieben.)

## X.

König Heinrich III. schenkt der Meissner kirche  
das praedium der Irmengard an den orten:  
Wihingeswich, Mecelesdorf, Kihdagesrot in pago 10  
Suaben. D. Meissen, 2. juli (6. Non. jul.) 1046.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hein-  
ricus diuina fauente clementia rex. Si locis deo dicatis  
iuxta petitiones dei seruorum liberale beneficium de  
nostra habundanti copia conferimus et ad aeternam 15  
obtinendam vitam et ad temporalem feliciter transi-  
gendam nobis profuturum esse liquido credimus. Qua  
propter notum esse uolumus sanctae uniuersitati aec-  
clesiae tam futurae quam et presenti, qualiter nos  
pro diuina contemplatione animarumque parentum 20  
nostrorum redemptione tum ob utriusque vitae per-  
paetuum felicitatem nostrae uidelicet et AGNETIS reginae  
nostrae contectalis dilectae sanctae MISSENENSI aecclesiae  
in honore sancti JOHANNIS aeuangelistae sanctique DONATI  
martiris constructae nec non fratribus inibi deo ser- 25  
uientibus ad conplendum scilicet eorum stipendiarium  
uictum, tale predium quale IRMINGART in locis WIHINGESWICH,  
MECELESDORF, KIH DAGESROT dictis obtinuit in nostrum ius 00  
atque dominium hereditario jure redactum situm in  
pago SVABEN dicto et in comitatu comitis ESICHONIS in 30  
proprium tradidimus cum omnibus suis appendiciis,  
hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis,  
terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aqua-  
rumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus,  
siluis, uenationibus, exitibus et reeditibus, uiis et in- 35



uiis, quesitis et inquirendis cum omni utilitate, quae  
 ullomodo inde poterit peruenire ad usum fratrum, ea  
 uidelicet ratione, ut praepositus et caeteri prefate  
 sedis canonici ita libere predicta teneant bona, ne  
 5 episcopus ullam potestatem habeat aliquid inde ad  
 suum usum aut seruitium tollendi uel usurpandi aut  
 ulli hominum in beneficium dandi uel prestandi, sed  
 tantummodo ad usum et utilitatem fratrum potestatem  
 habeat prout melius potuerit disponendi uel ordi-  
 10 nandi. Et ut haec regiae nostrae traditionis auctoritas  
 stabilis et inconuulsa per succedentium momenta  
 temporum maneat, hanc paginam inde conscriptam  
 manu propria ut infra poterit uideri corroborantes  
 sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

15 Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi.  
 (Sigillum.)

Theodericus cancellarius uice Bardonis archican-  
 cellarii recognoui.

Datum VI. Non. iul. anno dominice incarnationis  
 20 M<sup>o</sup>.XL.VI., iudictione XIV., anno autem domni Heinrici  
 tercii ordinacionis eius XVIII. regni vero VIII. Actum  
 MISSENAE in dei nomine feliciter AMEN.

(Aus dem pergamentoriginale No. 21. im K. S. geh. staats-  
 archive zu Dresden mit einem wohlerhaltenen siegel, welches den  
 25 könig auf dem throne sitzend, in der rechten einen herrscherstab,  
 in der linken den scepter haltend, auf welchem der adler sitzt,  
 darstellt. Umschrift: † HEINRICVS TERTIVS DI GRA REX.)

## XI.

Kaiser Heinrich III. eignet dem stifte zu Meissen  
 30 die von einer gewissen Irmengard besessenen  
 güter zu Liuterstadt im Hassegau der grafschaft  
 Teti gelegen, zu. D. Misne, 2. juli 1046.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Hein-  
 ricus divina favente clemencia rex. Notum sit omnibus  
 35 Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus,  
 qualiter nos pro divina contemplatione animarumque



parentum nostrorum redemptione tum ob utriusque  
 vitae perpetuam felicitatem nostrae videlicet et Agnetis  
 reginae nostrae coniectalis dilectae sanctae Misnensi  
 ecclesiae in honorem sancti Johannis evangelistae  
 sanctique Donati martyris constructae, nec non fratri- 5  
 bus inibi deo seruiantibus ad complendum scilicet  
 eorum stipendiarium victum tale praedium quale Ir-  
 mengart in loco Liuterstat dicto obtinuit in nostrum  
 jus atque dominium hereditario jure redactum, situm  
 in pago Hassega dicto et in comitatu comitis Teti, 10  
 in proprium tradidimus cum omnibus suis appendiciis,  
 hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis,  
 agris, campis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis,  
 aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, pis-  
 cacionibus, siluis, venacionibus, exitibus et redditibus, 15  
 viis et inviis, quaesitis et inquirendis, cum omni uti-  
 litate, quae ullo modo ad usum fratrum poterit pro-  
 venire inde, hac videlicet ratione, ut praepositus et  
 ceteri praefatae sedis canonici ita libere praedicta  
 teneant bona, ne episcopus ullam potestatem habeat, 20  
 aliquid ad suum usum aut seruitium inde tollendi  
 vel usurpandi, aut ulli hominum in beneficium dandi  
 vel praesentandi, sed tantum modo ad usum et uti-  
 litatem fratrum potestatem habeat, prout melius potuerit  
 disponendi vel ordinandi. Et ut haec nostra regia 25  
 auctoritas stabilis et inconuulsa per succedentium  
 momenta temporum maneat, hanc paginam inde con-  
 scriptam manu propria, ut infra poterit videri corro-  
 borantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domini Heinrichi tercii regis invictissimi. 30  
 (Sigillum.)

Theodericus cancellarius vice Bardonis archican-  
 cellarij recognovi.

Data vi. Non. Julii anno dominicae incarnationis  
 millesimo XLVI., indiccione XIV., anno autem domini 35  
 Heinrichi tercii, ordinationis ejus XVIII., regni vero VIII.  
 Actum Missene in dei nomine feliciter, amen.

(Aus dem originale auf pergament mit wohlerhaltenem siegel  
 im Meissner stiftsarchive. Calles, ser. episc. Misnens. giebt einen  
 auszug daraus.) 40



## XII.

König Heinrich überweist auf bitten seiner mutter  
 der kaiserin Agnes 50 mansos in burgwardo  
 Serebez und im gau Daleminze dem bisthum  
 5 Meissen. D. Tribur, 13. januar 1064.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hein-  
 ricus divina favente clemencia rex. Notum esse  
 volumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris  
 quam praesentibus, qualiter dilectissima genitrix nostra  
 10 Agnes imperatrix augusta pro remedio animae patris  
 nostri, divae memoriae Heinrici imperatoris, nec non  
 pro sua nostraque incolomitate et corporis et animae,  
 quoddam suae proprietatis praedium, quinquaginta  
 scilicet mansos in burgwardo Serebez et in pago  
 15 Deleminze, in comitatu vero Ottonis marchionis sitos,  
 cum omnibus pertinentiis suis ad monasterium in  
 Misine in honore sancti Johannis apostoli et evange-  
 listae et sancti Donati martyris consecratum ad augen-  
 dum ac meliorandum praebendam confratrum ibidem  
 20 deo sanctisque praedictis famulantium, nostro assensu  
 tradidit, nosque eandem traditionem, quo firmior esset,  
 manu scripto nostro corroborare postulavit. Cujus  
 justis petitionibus nos adquiescentes, praedictum prae-  
 dium cum omnibus adpendiciis suis, hoc est utriusque  
 25 sexus mancipiis, terris cultis et incultis, areis, aedi-  
 ficiis, agris, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus,  
 aquis aquarumque decursibus, riuibus, piscationibus, molis,  
 molendinis, viis et inviis, exitibus et redditibus, quae-  
 sitis et inquirendis et cum omni utilitate, quae ullo  
 30 modo inde provenire potest, praefatae Misinensi aeccle-  
 siae, cui praesidet Brun venerabilis episcopus conce-  
 dimus et confirmamus, ea scilicet ratione, ut ejusdem  
 aecclesiae praepositus illud in sua possessione ad usum  
 supradictorum confratrum perpetualiter habeat, nullaque  
 35 alia magna sive parva persona potestatem in eo exer-  
 ceat. Et ut haec nostra regalis confirmacio stabilis  
 et inconuulsa omni permaneat aevo, hanc cartam inde  
 conscriptam manu propria corroborantes sigilli nostri  
 impressione jussimus insigniri.



Signum domini Heinrici quarti regis. (L. S.)

Fridericus cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data idus jan. anno dominicae incarnationis MLXIV.,  
indictione II., anno autem ordinationis domini Heinrici  
quarti regis VIII., regni vero VII. Actum Triburie in  
dei nomine feliciter amen. 5

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive  
mit dem am rande etwas zerbrochenen siegel.)*

### XIII.

10

König Heinrich schenkt der Meissner kirche  
zwei mansos in villa Liubituwa in pago Nisani.

D. Rochlezi, 28. october. (V. kal. nov.) 1068.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Hein-  
ricus diuina fauente clemencia rex. Notum sit om- 15  
nibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam  
praesentibus, qualiter nos pro remedio animae nostrae  
parentumque nostrorum, et ob dilectae nobis contec-  
talis nostrae regnique consortis, uidelicet Berthe re-  
ginae beatitudinem, nec non per interventum fidelium 20  
nostrorum, scilicet Herimanni Bauenbergensis episcopi,  
Gregorii Vercellensis episcopi, Bennonis Misniensis  
episcopi coeterorumque familiarium nostrorum ad  
altare Misne deo sanctoque suo Donato constructo,  
fratribusque ibidem seruiantibus deo, duos regios 25  
mansos sitos in uilla Liubituwa, et si ibi aliquid de-  
fuerit, proximo cum bene aratis agris implendis in  
pago Nisani in burchuardo Buistrizi cum omnibus  
suis appendiciis, id est: utriusque sexus mancipiis,  
terris cultis et incultis, areis, aedificiis, pratis, pascuis, 30  
aquis, piscationibus, molis, molendinis, exitibus et  
reditibus, quesitis et inquirendis, siluis siluarumque  
utilitatibus et cum omni commoditate, que ullo modo  
inde prouenire poterit in proprium damus, ea uide-



licet ratione, ut praepositus loci ipsius hoc praedictum  
 praedium possideat, et quamcumque utilitatem in eo  
 elaborare poterit, per singulos annos fratribus fideliter  
 administret. Et ut haec nostra regalis munificencia  
 5 firma stabilisque omni permaneat aeuo, hanc cartam  
 inde conscriptam manuque nostra corroboratam sigilli  
 nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini Heinrici regis quarti. (L. S.)

Pibo cancellarius vice Sigifridi archicancellarii  
 10 recognoui.

Data est v. kal. Novemb. anno dominicae incar-  
 nationis MLXVIII. iudictione vii., anno ordinationis do-  
 mini Heinrici xvi., regni vero xii. Actum Rochlezi,  
 01 feliciter, amen.

15 *(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive,  
 an welchem das siegel verloren. Cf. Schöttgen nachles. VII. 584.)*

#### XIV.

König Heinrich IV. schenkt dem st. Donatkloster  
 zu Meissen drei villae, zwei unter dem namen  
 20 Domcice, die dritte Sanice im gau Dalmince in  
 burgwardo Luwine. D. Altstede, (ii. non. decemb.)  
 1069.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Hein-  
 ricus diuina fauente clementia rex.

25 Si templa dei pro amore eius quam sanctorum  
 intercessione aliquibus regalium diuiciarum nostrarum  
 muneribus honoramus, quam uitam nostram presentem  
 per hoc prolongari regnumque stabiliri, nec non quam  
 animae nostrae in futuris requiem preparari, nequa-  
 30 quam ambigimus: Unde cunctis Christi nostrique  
 fidelibus tam nascendis quam modernis notum esse  
 cupimus qualiter nos ad monasterium sancti Donati  
 quod est in MISNA constructum, tres villas huiusmodi



nominatas, duas quidem uno nomine DOMCICE dictas, terciam autem Sanice, pro anima nostri dilecti militis DEDONIS marchionis ibidem sepulti in proprium tradidimus. Has uero in pago DALMINCE quam in burguardo LUVINE in comitatu quoque ECBERTI marchionis sitas, 5 hoc petentibus quam consilium dantibus, nostra quidem dilecta regni thorique nostri consorte BERHTA quam BVRGHARDO familiari nostro Halberstatensi episcopo nec non BENNONE eiusdem sedis episcopo, cum omnibus 10 suis appendiciis, id est utriusque sexus mancipiis, edificiis, areis, exitibus quam redditibus, agris, quesitis quam inquirendis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscacionibus, siluis, 15 uenacionibus quam cum omni utilitate quae ullo modo inde peruenire poterit, ex nostro iure quam utilitate in ius quam utilitatem fratrum in prefato monasterio seruiencium reliquimus ergo ut nostra regalis traditio firma quam inconuulsa per omnia permaneat secla. Hanc inde conscriptam cartam propria manu confir- 20 mantes sigilli nostri impressione iussimus signari.

Signum domni Heinrici regis quam inuictissimi. ....\*) cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui. (Sigillum.)

Data est ii. non. Decemb. anno dominicae incarnationis Millesimo LXIX., indictione VIII., anno autem 25 ordinacionis domni HEINRICI XVII. regni uero XIV. Actum Altstede feliciter. AMEN.

(Aus dem originale No. 28. auf pergament im K. S. hauptstaatsarchive zu Dresden, welches etwas beschädigt ist. Von dem siegel ist der mittlere und obere theil zerbrochen. Indessen erkennt 30 man noch, dass der könig auf dem stuhle sitzt, in der linken den reichsapfel, in der rechten einen stab hält. Von der umschrift ist zu lesen: † HEINRICVS DI GRAT (IA. REX). Die erste zeile bis: 35 Rex, und die worte: Signum — recognoui sind in verlängerter schrift geschrieben.)

\*) Da an dieser stelle das pergament halb vermodert ist, war der name nicht zu erkennen.



König Heinrich schenkt der kirche zu Meissen  
Rothiboresdorf villa im gau Thalemenche. D.  
Magontia, 29. juni 1074.

5 In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Hein-  
ricus divina favente clementia rex, notum sit omnibus  
in Christo fidelibus, tam futuris quam praesentibus,  
qualiter nos pro remedio animae nostrae omniumque  
parentum nostrorum rogatu et interuentu karissimae  
10 conjugis nostrae Berthae nec non Sigifridi Maguntiensis  
archiepiscopi, Liethmari Bremensis archiepiscopi, Rueth-  
berti Bauebergensis episcopi, Bennonis Misinensis  
episcopi, Ekiberti marchionis ceterorumque fidelium  
nostrorum, quandam uillam Rothiboresdorf uocitatam  
15 in comitatu marchionis Ekiberti sitam in prouincia  
Thalemenche uidelicet in burgwardo Zadili in proprium  
tradidimus sanctae Misinensi ecclesiae in honorem  
sancti Johannis ewangelistae et sancti Donati martiris  
constructae ac consecratae, cum omnibus appendiciis  
20 scilicet mancipiis utriusque sexus, areis, aedificiis,  
agris, pratis, pascuis, silvis, lacis ceterisque aquarum  
decursibus, terris cultis et incultis, exitibus et redi-  
tibus, viis et inuiis, quaesitis et inquirendis, ea uide-  
licet ratione, ut praedicti loci episcopus liberam inde  
25 potestatem habeat tenendi, commutandi vel quicquid  
inde ad usum ecclesiae uoluerit faciendi. Et ut hec  
nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni per-  
maneant tempore hanc cartam inde iussimus conscribi  
et propria manu corroborantes nostri sigilli inpressione  
30 insigniri.

Signum domini Heinrichi regis quarti.

Adelbero cancellarius uice Sigifridi archicancel-  
larii recognoui.

Data est iii. kalend. jul. anno ab incarnatione  
35 domini Millesimo LXXIV., iudictione x., anno autem  
regni domini Heinrichi xx. Actum in Maguntia ciui-  
tate, feliciter, amen.



(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive. Das dabei befindliche siegel stellt den könig sitzend, in der linken den reichsapfel, in der rechten den scepter mit dem vogel hältend, dar. Umschrift: HEINRICVS DI GRA REX. † Die urkunde ist auffallend klein, sonst aber ganz unzweideutig echt.)

5

## XVI.

Rudolf, deutscher könig, genehmigt die schenkung der villa Rokeborthdorf in pago castri Zalin an die Meissner kirche. D. Quedlinburg  
25. märz (VIII. kal. April.) 1079.

10

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Ruodolphus diuina fauente clementia rex. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus, qualiter nos rogatu et interuentu marchionis Ekiberti pro remedio anime ipsius et patris eius pie memorie Ekiberti in . . . . . sancte dei ecclesie Misnensi in honore sancti Donati constructe uillam que uocatur Rokeborthorf sitam in pago castri Zalin cum omnibus appenditiis scilicet mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, agris, pratis, pascuis, siluis, lacis ceterisque aquarum decursibus, terris cultis et incultis, exitibus et redditibus, uiis et inuiis, quesitis et inquirendis in proprium dedimus atque tradidimus et in eternum habendum concessimus, ea uidelicet ratione ut predicti loci episcopus liberam inde potestatem habeat tenendi, commutandi, uel quicquid inde ad usum ecclesie uoluerit faciendi. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore hanc cartam inde iussimus conscribi et propria manu corroborantes nostri sigilli inpressione insigniri.

Signum regis Ruodolphi.

Actum Quidelingeburg in pasca domini anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo nono,

28



indictione prima, viii. kal. april., regnante Rvdolfo rege, Adelberone cancellario existente uice Sigefridi archicancellarii Magontini archiepiscopi anno autem tercio ordinacionis et regni domni Rvdolfi regis in 5 dei nomine feliciter. Amen.

*(Aus dem originale No. 52. auf pergament im K. S. hauptstaatsarchive zu Dresden, mit einem siegel welches diesen gegenkönig Heinrich's IV. auf dem throne sitzend, in der rechten den stab mit dem adler, in der linken den reichsapfel haltend, darstellt.*

10 Die erste Zeile bis: Omnibus und die worte: signum regis Rvdolfi sind noch mit verlängerter schrift geschrieben.)

## XVII.

König Heinrich IV. schenkt der Meissner kirche ein beneficium, gelegen bei der villa Wiscani 15 am Ganflusse, im gau Dalamine. D. Spire, 14. febr. (XVI. kal. Mart.) . . . . .

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Henricus diuina fauente clementia tercius Romanorum imperator 20 augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos pro remedio anime nostre et per interuentum fidelium nostrorum Hartwigi Magdeburgensis archiepiscopi, Cvnradi Tragectensis episcopi, Bennonis Misinensis episcopi, laicorum uero Wieberti, Hemmonis, Werinheri, 25 quicquid quod quidam miles marchionis Henrici nomine eos in beneficium habuit in burewardo Nimucowa insuper uillam vnam Wiscani uocitatam sitam prope fluuium Gana in regione Thalaminci, in comitatu uero Henrici marchionis, Misinensi ecclesie in proprium 30 tradidimus cum omnibus appendiciis, hoc est, areis, edificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, siluis, uenationibus, uis et inuis, quesitis et inquirendis seu cum omni utilitate que ullo modo inde prouenire po- 35 terit, ea uidelicet ratione ut prefata Misinensis eccle-



sia deinceps liberam potestatem habeat eadem bona possidere, optinere uel quicquid ad suam utilitatem sibi placuerit inde facere. Et ut hec traditionis auctoritas semper inuiolata permaneat hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri. 5

Signum domini Heinrici tertii Romanorum imperatoris augusti.

Humbertus cancellarius uice Ruthardi archicancellarii recognoui.

Data est xvi. kal. Mar. anno ab incarnatione domini millesimo nonogesimo, iudictione xi., anno autem domini Heinrici, regni quidem xxxvi<sup>o</sup>., imperii uero vii. Actum Spire in Christi nomine feliciter amen. 10

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive, an welchem das siegel verloren.)* 15

### XVIII.

König Heinrich IV. schenkt der Meissner kirche eine villa in burgwardo Wosice prov. Nisani, und V. in regione Milce, nämlich IV. in burgwardo Schilani und die V. in Posarice. D. Mantua 20  
17. mai (xvi. kal. jun.) 1094.

In nomine sanctae et indiuidue trinitatis, Henricus fauente dei clementia tercius Romanorum imperator augustus, notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos pro remedio animae nostrae et per interuentum fidelium nostrorum Cunradi regis dilecti filii nostri, Lietmari Bremensis archiepiscopi, Reinheri Vercellensis episcopi, Erotonis Monasteriensis episcopi, Cunradi Tragectensis episcopi sex uillas, vnam in prouincia Nisani in burgwardo Wosice, que uocatur Mocoze, quinque in regione Milce, quatuor ex his in burguardo Schilani, 25 30



quintam Posarice uocitatam Misnensi aecclesiae in  
 proprium tradidimus, cum omnibus appenditiis, hoc  
 est areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis,  
 pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molis, mo-  
 5 lendinis, siluis, uenationibus, uiis et inuiis, quesitis  
 et inquirendis seu cum omni utilitate que ullo modo  
 inde peruenire poterit, ea uidelicet ratione ut prefata  
 Misinensis aecclesia deinceps liberam potestatem ha-  
 beat eadem bona possidere optinere uel quicquid ad  
 10 suam utilitatem sibi placuerit inde facere. Et ut haec  
 traditionis auctoritas semper inmolata permaneat,  
 hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri inpressione  
 iussimus insigniri.

Signum domini Heinrichi tercii Romanorum impe-  
 15 ratoris augusti.

Humbertus cancellarius uice Ruthardi archican-  
 cellarii recognoui.

Data est xvi. kal, jun., anno ab incarnatione domni  
 millesimo nonogesimo. i., iudictione xii., anno autem  
 20 domni Heinrichi, regni quidem xxxvi., imperii uero vii.  
 Actum Mantue in Christi nomine feliciter. AMEN.

(Aus dem originale No. 55. auf pergament im Dresdn. haupt-  
 staatsarchive. Die erste zeile bis: Augustus, die unterschrift von:  
 Signum — recognoui sind mit verlängerter schrift geschrieben.  
 25 Von dem halbzerbrochenen siegel ist nur noch ein theil des sitzen-  
 den königs u. der umschrift: † HEINRICVS DI GRA TERCIVS  
 . . . . . R. AUG. zu erkennen.)

### XIX.

König Heinrich IV. schenkt der Meissner kirche  
 30 die villa Wisinana am flusse Gan im gau Tha-  
 leminci. D. Berne, xvii. kal. Mart. (13. Februar)  
 1095.

In nomine sanctae et indiuidue trinitatis, Hein-  
 ricus diuina fauente clementia tercius Romanorum  
 35 imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostri-



que fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter nos pro remedio anime nostre et per interuentum fidelium nostrorum HEINRICI MARCHIONIS, BENNONIS Misinensis episcopi quandam villam Wisinana uocitatam sitam prope fluuium Gan in regione Thaleminci, in comitatu uero eiusdem Heinrici marchionis, Misinensi aeccliesie in proprium tradidimus, cum omnibus appenditiis, hoc est, areis aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, siluis, uenationibus, uiis et inuiis, quesitis et inquirendis, seu cum omni utilitate que ullo modo inde preuenire poterit, ea uidelicet ratione, ut episcopus prefate Misinensis aeccliesie deinceps liberam potestatem habeat eadem bona possidere optinere, uel quicquid ad suam utilitatem sibi placuerit inde facere. Et ut hec tradicionis auctoritas semper inuiolata permaneat, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini Heinrici tercii Romanorum imperatoris augusti regis uero quarti.

Burcardus cancellarius uice Rutardi archicancellarii recognoui.

Data est xvii. kal. Martii, anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo v., iudiccione xv., anno autem domini Heinrici, regni quidem xlii. imperii uero xii. Actum est Berne in Christi nomine feliciter amen.

(Aus dem originale No. 36. auf pergament im K. S. hauptstaatsarchive zu Dresden, wo wie gewöhnlich in dieser zeit die erste zeile bis: augustus, und die unterschrift: Signum — recognoui, mit verlängerter schrift geschrieben sind. Auf dem wohl erhaltenen siegel hat der könig den herrscherstab in der linken, den reichsapfel in der rechten hand und sitzt auf dem throne. Umschrift: HEJNRJCVS DJ GRA TERCJVS ROMANOR JMPE-RATOR. †)



König Heinrich bestätigt der kirche zu Meissen  
9 mansos in Zuitecha. D. Goslar, 28. december  
1108.

5 In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego  
Heinricus diuina fauente clemencia quintus Romano-  
rum rex. Notum sit omnibus tam presentis quam  
eciam futuri eui fidelibus, quod fidelis regni ministe-  
10 rialis Hugo, uidelicet de Warda, uillam integram sui  
iuris nomine Zuitecha, nouem mansos continentem,  
nullo reclamante, ecclesie Misnensi beati Johannis  
apostoli et euangelistae, nec non et beati Donati mar-  
tiris ad usus fratrum ibidem deo famulantium fideli  
deuotione obtulit, quatenus hoc tam felici commercio  
15 suam parentumque suorum animas celestis regni he-  
redes efficeret. Deuocionem itaque illius attendens  
simulque sue ac uenerabilis Herewici, prefatae ecclesie  
episcopi, piis postulationibus acquiescens hanc dein-  
ceps ab omni seculari exactione liberam fore decre-  
20 uimus, assensumque nostrum huic traditioni non  
negantes, priuilegium hoc sigilli nostri impressione  
munitum proprie manus subscriptione roborauimus  
ac testium idoneorum sub notatione confirmari pre-  
cepimus. Signum domni Heinrichi quinti Romanorum  
25 regis inuictissimi. Signum Frederici Coloniensis ar-  
chiepiscopi. Signum Brunonis Treuerensis. Signum  
Adalgori Magdeburgensis, episcoporum, Albuini Merse-  
burgensis, Ottonis Bauenbergensis, Burchardi Monaste-  
riensis, laicorum, Lutheri ducis, Ottonis comitis,  
30 Rodulfi comitis, Wiberti comitis.

Actum anno dominice incarnationis millesimo  
c<sup>o</sup>.viii<sup>o</sup>., iudictione I. et datum in ecclesia Goslariensi  
per manum Alberti cancellarii, v. kal. januarii, feliciter.  
(Sigillum.)

35 *(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive,  
mit dem siegel. Schöttgen, Vita Viprechtii de Groitzsch Urkundenb.  
p. 8. No. 4. Calles, series episc. Misnens. p. 105. Schultes, di-  
rectorium I. 223. „Zu welchem jahre diese urkundē gehöre, weiss  
ich nicht. Zu 1108 u. 1109 gewiss nicht.“ Stenzel, fränk. kais. II.*

Cod. dipl. Ius. sup. II.



514. Die urkunde scheint etwas verdächtig durch das kleine pergament, den wegfall des chrisma's — an dessen stelle ein einfaches kreuz ist —, den umstand, dass das siegel links aufgeklebt, das monogramm rechts gemalt ist. Die schriftzüge liegen nicht ausser der periode.)

5

## XXI.

Conrad, markgraf zu Meissen, schenkt der kirche daselbst die villa Sremsnize in pago Belgor in burgwardo Trescowo. D. in ecclesia Misnensi in synodo 1130.

10

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Conradus Misnensis marchio. Cognoscant uniuersi Christi fideles utriusque gradus, laici et officio altaris mancipati, qualiter nos pro redemptione anime nostre ac connectalis nostre pariterque parentum nostrorum, presentibus et collaudantibus filiis nostris Oddone et Theoderico, Heinrico, Tetone, Friderico, uillam quandam nostri allodij nomine Sremsnize in pago Belgor in burchwardo Trescowo sitam, ecclesie Misnensi cum omni utilitate ac iure, cultis et incultis, agris, pratis, molis, molendinis, areis, siluis, piscationibus, uenationibus, aquis aquarumque decursibus, uiis et inuiis, exitibus et redditibus, quesitis et inquirendis et omni utilitate, que inde prouenire poterit specialiter ad canonicorum ejusdem ecclesie utilitatem libere contradidimus, eo uidelicet tenore, ut nulla persona magna uel parua, seu episcopus predicti loci aliquam potestatem habeat diminuendi uel commutandi uel alienandi a communi fratrum utilitate. Si quis autem temerarius huius nostre traditionis uiolator extiterit, cum Juda traditore gehennali incendio eternaliter cruciandus deputetur. Sua uero iura conseruantibus sit pax et benedictio et cum sanctis omnibus eterna remuneratio. Et ut hec nostra traditio stabilis et inconuulsa permaneat sigilli nostri impressione presentem cartam

15

20

25

30

35

4\*



signauimus. Hec autem facta sunt in ecclesia Misnensi, in generali synodo presidente beate memorie GODEBALDO episcopo, regnante domino Lothario imperatore, anno autem ab incarnatione dominica M.C.XXX. feliciter.  
5 AMEN.

*(Aus dem originale im stiftsarchive zu Meissen. Das siegel fehlt.)*

---

XXII.

10 Papst Innocenz II. confirmirt alle güter des bis-  
thums Meissen. D. Rom, 29. october (IV. kal.  
20 novemb.) 1131.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei uene-  
15 rabili fratri Godeboldo Misnensi episcopo ejusque  
successoribus canonice substituendis in perpetuum.  
In eminenti apostolice sedis culmine disponente do-  
mino constituti, fratres nostros episcopos diligere et,  
ne ecclesie sibi a deo commisse aliquid detrimenti  
20 sustineant, diligenti studio prouidere. Ideoque iustis  
petitionibus assensum adhibere nos conuenit, qui ad  
hoc in beati Petri cathedra conspiciuntur esse positi,  
ut que bene statuta esse noscuntur auctoritate aposto-  
lica confirmemus. Proinde karissime frater GODE-  
25 BOLDE episcope, Misnensi ecclesie, cuius cura tibi  
a deo commissa est, salubriter prouidentes suis iustis  
postulationibus clementer annuimus et tam ipsam  
quam omnia ad eam pertinentia ad exemplar prede-  
cessoris nostri felicitis memorie JOHANNIS PAPE apos-  
30 tolice sedis priuilegio communimus. Statuimus igitur,  
ut quascumque possessiones, quecumque bona prefata  
ecclesia in presentiarum iuste et legitime possidet,  
aut in futurum tuo uel tuorum successorum annuente  
studio, concessione pontificum, liberalitate regum uel  
35 principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis  
procurante domino poterit adipsi, firma tibi tuisque



successoribus et illibata permaneant. Preterea par-  
 rochiales terminos quos Misennensis ecclesia legitime  
 usque ad hec tempora noscitur habuisse, per pre-  
 sentis scriptj paginam tibi tuisque successoribus con-  
 firmamus. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum 5  
 liceat predictam ecclesiam temere perturbare, aut  
 eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere  
 aut temerarijs uexationibus fatigare, si et omnia tam  
 uobis quam his quorum usibus deputata sunt per-  
 petuo cum integritate seruentur. Si qua igitur in 10  
 futurum ecclesiastica secularjsue persona hanc nostre  
 constjtutionis paginam sciens, contra eam temere uenire  
 temptauerit, secundo tertjoue commonita, si non sa-  
 tisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque  
 sui dignitate careat, reamque se diuino iusticio exis- 15  
 tere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacra-  
 tissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris  
 nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo exa-  
 mine districte ultioni subiaceat. Cunctjs autem eidem  
 loco sua seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, 20  
 quatenus hic fructum bone actjonis percipiant et apud  
 districtum iudicem premia eterne pacis inueniant..  
 Amen. Amen. Amen.

(Sigillum.) Ego Innocentius catholice ecclesie  
 episcopus subscripsi. 25

Datum Remis per manum AJMERJCI, sancte Ro-  
 mane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, iv. kal.  
 Nouembr. indictione x., incarnationis dominice anno  
 M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.xxx<sup>o</sup>.i<sup>o</sup>., pontificatus uero domni INNocentii II.  
 pape anno secundo. 30

*(Aus dem originale No. 46. auf pergament im K. S. haupt-  
 staatsarchive zu Dresden mit dem siegel des papstes in blei. Das-  
 selbe zeigt auf der vorderseite zwischen zwei bärtigen männern  
 (Peter und Paul) ein kreuz. darüber die worte. S. PA. † PE. Auf  
 der rückseite: INNOCENTIVS P.P. II.)* 35



## XXIII.

Luther, dekan zu S. Marie in Erfurt, und Gerwikus,  
prepositus zu S. Sever, contumaciren Conrad,  
markgraf von Meissen, in seinem streite mit dem  
5 bischofe von Meissen über den decimen in Lusiz.  
S. a. et d. c. 1144.

Nos Lyterus sancte Marie in Erfordia decanus  
et Gerwicus sancti Seueri prepositus, quia a sede  
apostolica in mandatis accepimus ut causam que inter  
10 episcopum Misnensem ex vna parte et dominum C.  
orientalem marchionem ex altera super decimis in  
Lusicz vertitur sine debito terminemus. Cum partibus  
legittime citatis nobis per probaciones legittimas constet,  
quod idem marchio a nobis peremptorie citatus litteris  
15 nostre citacionis receptis se a iudicio contumaciter  
absentat. Habentes prae manibus litteras coniudicis  
nostri prepositi de Hugisdorf, de dato eundem mar-  
chionem auctoritate apostolica pro contumacia excom-  
municauimus, precipientes eum caucius ab omnibus  
20 euitarj.

*(Aus dem originale auf pergament im K. S. hauptstaats-  
archive zu Dresden, ohne siegel.)*

## XXIV.

König Wladislaw von Böhmen befiehlt seinen  
25 getreuen, den bischof von Meissen und dessen  
cleriker in ihren besitzungen zu schirmen. D.  
13. juli (III. jd. julij) c. nach 1157.

W. dei gracia Bohemie rex nobilibus uiris fide-  
libus suis Thastellao, Haulo, Benisio, Jarozlao et om-  
30 nibus ad quos peruenerit presens scriptum, gratiam  
suam et omne bonum. Propter affectum prerogatiue



dileccionis, quo pre ceteris diligere uos tenemur, monemus uos pariter et rogamus vt dilectum nobis Misnensem episcopum patrem uenerabilem et suos clericos, in bonis terris oppidis siue uillis iura sua spiritualia exercentes et que sibi competunt de iure 5 debito requirentes, promoueatis diligenter omni quo potestis iuuamine et effectv, cum teneamur eundem fouere contra quemlibet et iuuare et malum suum tamquam nostrum uelimus generaliter reputare. In hoc enim nobis exhibebitis amiciciam deuotissimam 10 et fauorem. Datum Luthomarutiz iii. jdus junij.

(Aus dem originale auf pergament im K. S. hauptstaats-  
archive zu Dresden, das siegel ist verlohren.)

### XXV.

Berthold, bischof von Naumburg, legt den zwi- 15  
schen der domkirche zu Meissen und der kirche  
zu Zmulne über sieben morgen in villa Zwittich  
entstandenen streit bei. D. Zeiz, 27. october  
1159.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, Bertoldus 20  
dei gracia sancte Nuemburgensis ecclesie episcopus  
omnibus Christi fidelibus, in perpetuum. Officii nostri  
debitum expostulat nos non solum ecclesie nostrae  
filiis paterna sollicitudine prospicere, uerum eciam  
omnibus uiam mandatorum dei currentibus bone uo- 25  
luntatis affectu ultra uires prodesse uelle. Ea propter  
nouerit omnium Christi fidelium tam presentium uni-  
uersitas, quam futurorum posteritas, qualiter contro-  
uersiam de duobus mansis, qui Misinensis ecclesie  
canonicis a quodam Hugone strennuo uiro in pago 30  
Dalminza in uilla que Zwittich dicitur cum aliis sep-  
tem mansis in oblatione collati sunt, et Zmulnensis  
ecclesie esse dicebantur, terminauimus et pro bono  
pacis et concordie tribus marcis probati argenti a



denominatis Misinensis ecclesie canonicis Zmulnensi ecclesie collatis, querimoniam hanc in sempiternum decidimus, decernentes eosdem mansos sicut a predicto Hugone Misinensi ecclesie contraditi sunt, absque  
 5 omni scrupulo eidem ecclesie permanere eorum pro quorum consolatione oblatis sunt usibus omnimodis profuturos. Preterea dominus Otto, Misinensis marchio, qui sepe dictos mansos in beneficii jure a nobis possidere uidebatur justicie dans dextras Misinensi eccle-  
 10 sie illos confirmari permisit. Apostolica itaque auctoritate, que litteris assignata sunt, confirmamus et contra stultorum temerariam presumptionem banno et sigillo nostro presentem paginam roboramus. Hujus rei testes sunt: Rabodo Nuemburgensis ecclesie prepositus, Ger-  
 15 boto decanus, Walterus custos, Trutwinus, Cuonradus, Adalbero, Fridericus, Uto Cicensis ecclesie prepositus, Bermarus decanus, Henricus, Sigefridus custos, Martinus, Ruodolfus, Otto, Tipoldus, Otto marchio Misinensis, Sizzo comes, nobiles Reinhardus de Bobuluz,  
 20 Henricus de Rotowe, Hedenricus de Weta, ministeriales, Henricus cum barba, Martinus, Volradus.

Actum in Ciza anno domini millesimo CLIX. indictione IX., VI. kal. nouembris, a uenerabili Bertoldo Nuemburgensis ecclesie episcopo feliciter.

25 *(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive mit sehr schön erhaltenem siegel, auf welchem der bischof sitzend, in der rechten den krummstab, in der linken ein buch haltend, dargestellt ist. Umschrift: BERHODOLDVS DI GRA NVENBVRGENSIS EPS. †.)*

30

**XXVI.**

König Wladislaw von Böhmen gibt der Meissner kirche die ihr früher geraubte und niedergebrannte villa Prezez in pago Budessin zurück.  
 D. 1160.

35

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Wladislaus diuina fauente clemencia Boemorum rex. Notum sit



omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quanta deuotione nos pro malorum nostrorum indulgentia et uite eterne recompensatione karissimorumque fratrum nostrorum perpetua felicitate nec non Boehemorum redemptione dampnuorum restitimus, 5  
 quod sancte MISINENSI ecclesie ignis intulimus uastatione. Vt enimuero commissorum tam nos ipsi quam fratres nostri ceterique huius uastacionis auxiliarij plenariam obtineamus remissionem pro dampni restitutione iam memorate sancte MISNENSI ecclesie 10  
 in honore sancti JOHANNIS euangeliste sanctique DONATI martiris constructe uillam Prezez dictam in pago BVDESSIN dicto sitam in proprium tradidimus cum omnibus suis appendicijs, hoc est utriusque sexus mancipijs areis, edificijs, agris, campis, terris cultis 15  
 et incultis, paludibus, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, siluis, uenationibus, exitibus et redditibus, uijs, inuijs, quesitis et inquirendis, cum omni utilitate que ullo modo ad usum episcopi inde poterit peruenire. Con- 20  
 cedimus itaque et regni nostri iure firmamus, ut predicta bona ita libere a prefate diocesis antistite sempiterna possideantur hereditate, ne aliquis successorum nostrorum aut aliqua persona siue laica siue clericalis ullam habeat potestatem aliquid ad usum 25  
 suorum aut seruicium inde tollendi uel usurpandi. Et ut hec rata et inconuulsa per succedentiuorum uolubilitates temporum permaneant, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri inpressione insigniri iubentes corroborauimus. Huius rei testes sunt: 30  
 Daniel Pragensis episcopus, fratres regis Henricus, Theobaldus, filius regis Fridericus, camerarius regis Nemoy, dapifer Cochan, pincerna Wezcelo, Agaso, Woyzlavs primates; Drisizlavs, Zbrazlavs, Conradus, Henricus prefectus urbis Donin, Henricus Chideliz et 35  
 fratres eius Sifridus, Bertholdus, ministeriales MISINENSIS ecclesie, Rowdolfus et fratres eius, BurchmanvS, HenricvS. (Sigillum.)

Data per manum cancellarii Geruasij prepositi Wissegradensis ecclesie, anno ab incarnatione domini 40  
 M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LX<sup>o</sup>. iudictione VIII.<sup>a</sup>, anno tercio regni domni



Wladizlai Bohemorum regis, ordinationis uero Gervngi  
Misinensis episcopi vi<sup>o</sup>. Actum feliciter aMEN.

(Aus dem originale No. 66. im K. S. hauptstaatsarchive zu  
Dresden mit vorder- und rücksiegel. Das erstere zeigt den könig  
5 Wladislaus auf dem throne mit der umschrift: Wladizlaus di  
gra . . . . . morv REX, das rücksiegel stellt den heil. Wenzel vor,  
welcher mit der linken in sitzender stellung sich auf einen schild  
stützend, in der rechten eine fahne hält. Umschrift: PAX REGJS  
WLADIZLAUJ JN MANU SANCTJ WENZESLAUJ.)

10

## XXVII.

Gerung, bischof von Meissen, schenkt der dom-  
kirche daselbst zur grösseren verherrlichung  
verschiedener kirchenfeste vier mark auf den  
elbzoll zu Meissen. D. 23. october 1160.

15 In nomine sancte et indiuidue trinitatis, Gerungus  
diuina disponente providencia Misnensis episcopus.  
Cum nostra humilitas uicem ueri gerat et eterni pon-  
tificis, qui per omnia fratribus assimilatus non potuit  
non compati nostris necessitatibus, pietatis est meri-  
20 tum ejus exemplo prout possibilitas est gregi pro-  
desse dominico. Proinde instinctu fraterne compassionis  
et obtentu superne retributionis ad honorem dei atque  
ut festiuitates sanctorum Johannis euangeliste ante  
portam latinam, Marie Magdalene, Dionisij et sociorum  
25 ejus, Gregorii pape pleno officio solempni deuotione  
in Misinensi perpetuo celebrentur ecclesia donauimus  
in usus ac seruitia fratrum canonicorum deo in eadem  
ecclesia famulantium pro redemptione anime nostre  
nec non animarum predecessorum et successorum  
30 nostrorum, marcas quatuor in theloneo, quod soluitur  
de transmeatione fluminis Albie sub urbe jam dicta  
Misinensi. Vt ergo diligentius commendemus, dona-  
tionem nostram fratribus prenotatis ratam fecimus,  
presentem paginulam sigilli nostri inpressione inde



consignantes. Igitur quicumque presumpserit presenti  
 contraire cyrografo a saluandis sequestratum se no-  
 uerit, auctoritate patris et filii et iudicio spiritus sancti  
 atque sententia anathematis nostri. Huius rei testes  
 hii sunt: Tidericus prepositus, Herimannus decanus, 5  
 Herborto prepositus, Wilricus, Adelbertus, Ilsungus,  
 Anselmus custos, Johannes et alii canonici, nobiles  
 Herimannus burggrauus, Pribizlaus aduocatus majoris  
 domus, Henricus de Rothowe, ministeriales, Haluericus  
 et Henricus fratres et alii plures. 10

Actum in Misina publico capitulo, anno dominicae  
 incarnationis M.C.L.X., iudictione VIII., xv. kal. Nouembr.  
 anno ordinationis domini Gerungi Misinensis episcopi  
 vi. feliciter, amen.

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive 15  
 mit dem siegel des bischofs.)*

### XXVIII.

Gerung, bischof von Meissen, genehmigt Anselms  
 schenkung des neulandes Bucwicz in burgwardo  
 Julburk. D. 1160. 20

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gerungus  
 diuina fauente clemencia Misinensis episcopus. Quum  
 futurorum incerta novitas nonnunquam oblitterare  
 solet preteritorum statutas justicias, necessario super  
 his cautio datur, ut quod auctoritate subnixum est, 25  
 nullius uolentia temeritas transgrediatur. Quo circa  
 notum sit omnibus tam modernis quam posteris Christi  
 fidelibus, qualiter nostro ac fratrum nostrorum uo-  
 luntario consensu, Anselmus Misnensis ecclesiae ca-  
 nonicus et custos, novale quoddam Bucowiz dictum, 30  
 multis a natura seculis in cultum in burcwardo Jul-



burk situm, ad obedientiam fratrum, que ibidem ipsius  
 prouidentie commissa erat, attinens ad excolendum  
 cultoribus contradidit, ea videlicet juris positione, ut  
 x. annis sine censu libere possideant, post quos de  
 5 quolibet manso 11<sup>os</sup> solidos annuatim persoluant, unum  
 scilicet in festo sancti Michaelis, alterum in festo sancti  
 Martini. Predicti autem noualis vii. mansi dimensi  
 sunt, quorum unum uillicus beneficii gracia possidebit,  
 reliqui vi. statuto tempore censuales erunt, ea uide-  
 10 licet lege, ut, dum res ad emolumentum prouenerit,  
 census pretaxatus in seruitium fratrum expendatur,  
 et post obitum prenominati confratris Anselmi, anni-  
 uersarius dies ejus suo debito memorialis habeatur.  
 Hoc quoque annectimus, quod ad corroborandam jus-  
 15 titiam suam, cultores hujus novalis pro emptione  
 cujuslibet mansi vi. denarios dederunt, ut quicquid  
 in posterum de inculta terra excoluerint, hereditario  
 iure possideant, et inconcussi de his, que ibi acqui-  
 sierint, permaneant. Ne quis vero temerator horum  
 20 existere presumat, hanc paginam testimonialem inde  
 conscribi fecimus et sigilli nostri inpressione muni-  
 uimus. Actvm anno ab incarnatione domini MCLX.  
 et regnante domino Friderico Romanorum imperatore,  
 praesidente cathedre Misinensi domino Gervngo, pre-  
 25 sentibus et uidentibus canonicis preposito T., Her-  
 manno decano, Alberto, Ilungo, Anselmo custode,  
 Herborto Wrzinenzi preposito, laicis vero Hermanno  
 prefecto, Pribizlao aduocato, ministerialibus Eluerico,  
 Henrico, feliciter amen.

30 *(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive.  
 Am originale befindet sich das siegel des bischofs, und zwar ist  
 dasselbe auf der ruckseite aufgedruckt. Es zeigt den geistlichen  
 sitzend, in der linken ein aufgeschlagenes buch, in der rechten über  
 das knie gelehnt den krummstab haltend. Umschrift: GERVNGVS.  
 35 DEJ. GRA. MJSJNENSJS EPC.)*



## XXIX.

Conrad, markgraf von Meissen, dotirt die vom  
 burggrafen Hermann begründete burgkapelle zu  
 Meissen mit mehreren einkünften, sowohl bei  
 der stadt Meissen als der villa Celewiz belegen. 5  
 1150.

Anno incarnationis domini M.C.L. dedicata est ca-  
 pella in curia prefectus urbis Misne sita a uenerabili  
 Alberto eiusdem ciuitatis episcopo in honore sancte  
 et indiuidue trinitatis et sancte Marie perpetue uir- 10  
 ginis et sancti Egidij confessoris. Ego autem Con-  
 radus dei gracia marchio Misnensis dotaui prefatam  
 capellam ob dileccionem atque petitionem fidelissimi  
 mei Herimannj prefectus fundatoris eiusdem capelle,  
 et cum licencia regis illustrissimi Conradi donauit ad 15  
 luminaria duo curtalia sub urbe iuxta curiam prefecti  
 sita iv. solidos soluentia, et si quis ultra fructus inde  
 potuerit prouenire, cedat in usum presbiteri, ad usum  
 uero sacerdotis uillam vnā nomine Celewiz\*) in  
 burcardo ad Ganam sitam cum omni iure excepta 20  
 aduocacia cum areis, edificijs, agris cultis et incultis,  
 exitibus et redditibus et unum curtale ante urbem  
 iuxta riuulum qui dicitur Misne sitam cum orto adia-  
 cente. Et ut huius actionis memoria teneatur indeleta,  
 hanc cartam conscribi feci ac proprii impressione 25  
 sigilli consignari.

(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive.  
 Das wohlerhaltene siegel zeigt den von rechts nach links blickenden  
 geharnischten markgrafen reitend, die lanze mit fähnchen in der  
 hand. Umschrift: CVONRADVS DI GRA MARCHJO MJSNENSIS.) 30

\*) Ueber dem Celewiz steht noch ein z = <sup>z</sup>Celewiz.



## XXX.

Wichmann, erzbischof von Magdeburg, überlässt  
 der Meissner kirche im tauschwege gegen den  
 ganzen zehnten in pago Pretin den zehnten in  
 5 pago Lubaniz. D. 31. januar 1163.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wich-  
 mannus diuina fauente clementia sancte Magdeburgensis  
 ecclesie archiepiscopus. Officii nostri debitum ex-  
 postulat, nos non solum ecclesiasticis et spiritualibus  
 10 negotiis intendere, verum etiam secularibus et corpo-  
 ralibus commodis et opportunitatibus omnium domino  
 seruientium in omnibus et per omnia pro posse nostro  
 diligenter prospicere. Ea propter nouerit Christi fide-  
 lium tam presentium uniuersitas quam futurorum  
 15 posteritas, qualiter nos, uoluntate et assensu ecclesie  
 nostre, omnem decimationem in pago, qui Lubaniz  
 dicitur, et infra terminos nostros situs ecclesie Misi-  
 nensis esse dinoscitur, quam uel Sclavi ex statuto uel  
 aliud quodlibet genus hominum ex integro persoluunt,  
 20 ecclesie Misinensi permisimus et uolente et assensum  
 prebente uenerabili fratre nostro domino Gerungo,  
 Misinensi episcopo et ipsius ecclesia, omnem decima-  
 tionem in pago nostro Pretin, in termino Misinensis  
 ecclesie sito, siue Sclauorum seu quorumlibet homi-  
 25 num uel statutam uel integram recepimus. Quia itaque  
 uterque pagus uel Pretin scilicet Magdeburgensis ec-  
 clesie, uel Lubaniz Misinensis absque decima minus  
 utilitatibus nostris commodis uidebatur, decimarum  
 utrimque concambium fecimus, et in omnia retro  
 30 futura tempora, que facta sunt, firma manere sta-  
 uimus, et ne in posterum ab aliquo temerentur, aucto-  
 ritate dei patris omnipotentis et filij et spiritus sancti,  
 potestate apostolorum Petri et Pauli, banno quoque  
 nostro interdicimus omnino et prohibemus. Hec in  
 35 capitulo Msgdeburgensis ecclesie assistentibus nobis  
 uenerabilibus dominis et fratribus nostris coepiscopis  
 ecclesie nostre suffraganeis et coram positis multis  
 idoneis testibus acta sunt et confirmata. Testes sunt  
 hii: Johannes Marsburgensis episcopus, Gerungus Mi-



sinensis, cujus uoluntate et assensu hec acta sunt, Vdo Nuemburgensis, Walo Hauerbergensis, Willimar Brandeburgensis, Arnoldus abbas dei monte, Otto majoris ecclesie prepositus, Baldramus sancte Marie prepositus, Henricus sancti Sebastiani prepositus, 5 Sifridus sancti Nicholai prepositus, Witholdus in Haneldesberg prepositus, Cuonradus Hallensis prepositus, Heggehardus in sereno monte prepositus, Ruotherus Polithensis prepositus, Guntherus in gratia dei prepositus, Reinherus in Liezeche prepositus et omnes 10 majoris domini canonici. Adelbertus marchio et filius ejus Otto; Badericus et alii quam plures.

Actum anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>L<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>., jndiccione IX., II. kal. febr. in capitulo Magdeburgensi, anno archiepiscopatus domini Wichmanni VII<sup>o</sup>. 15

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive, mit einem siegel, auf welchem der erzbischof, den krummstab in der linken, ein geöffnetes buch in der rechten haltend, auf einem sessel sitzt. Umschrift: WJCMANNVS DI GRA MAGETHEBVRGENSJS ECCLESJE ARCHJ EPS †.)* 20

### XXXI.

Martin, bischof von Meissen, setzt die rechte der bürger von Meissen und der colonisten vor Meissen fest. D. 1185.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Martinus 25 dei gratia Misnensis episcopus. Sepe numero fit ut de contractu, de conuentione siue de cuiuspian rei compositione oriatur controuersia, que non oriretur uel orta facile sopiretur si acte rei testes uel litterarum haberentur monimenta. Quapropter ut de uerbo 30 in quo cum forensibus et colonis in Lybaniz conuenimus, controuersia non oriatur, futuris temporibus ius quo nos ipsis quo ipsi nobis teneantur promissionis



debito in presenti karta tam ad futurorum quam pre-  
 senciū noticiam conscribi fecimus. Forensibus itaque  
 quam Hallenses, colonis quam illj de Burch habent  
 quam eam elegerunt iusticiam concessimus, statuentes  
 5 ut tam forenses quam coloni non amplius quam ter  
 in anno coram aduocato jn iudicio stare cogantur,  
 ubi uel de remissis uerbis uel de inordinato gestu  
 corporis siue de alia aliqua minori indisciplina secun-  
 dum debitam huic culpe iusticiam, coerceantur. De  
 10 maioribus autem excessibus sicut de latrocinio, de  
 furto, de sanguine effuso, de rapina et de alia his  
 simili uiolencia sub regio banno respondere cogantur.  
 Forensibus eciam a ciuitate sua usque ad fluuium  
 Lynaw libertatem pascue concessimus, quam eciam  
 15 libertatem et in mansis suis colonis sicut nos rogaue-  
 rint dedimus. Nulli eciam colonorum mansum suum  
 uel agrum militi aut qui miles sit futurus dare uel  
 uendere liceat. Quod si quis facere presumpserit,  
 tam uendens quam emens manso priuetur et eum  
 20 episcopus in suam proprietatem trahet. De quolibet  
 autem colonorum manso, omnium que in eo elaborata  
 fuerint recta decima tam in agris quam in altilibus  
 preterea facto ceris scilicet in nocte natiuitatis sancte  
 Marie uirginis nobis et nostris successoribus duo da-  
 25 buntur solidj, qua quoque die de qualibet curia in  
 foro vi. nobis sunt soluendj denarij. Ne quis autem  
 successorum nostrorum post hac quod absit temere  
 temptet infirmare hoc quod communicato familiarum  
 nostrarum consilio pro edificacione ecclesie nostre  
 30 non paruo nostro jpendio fecimus quippe qui per  
 hoc beneficium Hermanni ministerialis nostri pene  
 ducentis marcis redemimus, hanc paginam conscribi  
 sub notatisque testibus nostro sigillo fecimus insignirj.  
 Testes autem hij sunt Erbortus prepositus de  
 35 Worzin, eiusdem ecclesie canonici: Burchardus, Thoz-  
 marus, Robertus, Mattheus prior de Cella sancte Marie,  
 Siboldus de Burglin, laici: Tammo de Lyzowe, Berch-  
 toldus de Crepuwiz, ministeriales nostri: Hermannus  
 de Lybaniz et frater suus Henricus, Petrus dapifer,  
 40 Cvonradus de Lyptiz, Bezelinus, Gvnterus, Tidericus  
 de Hoberch et fratres sui Cvonradus et Henricus,



Wernherus et frater suus Henricus, Rudegerus, Onolfus  
et frater suus Engelbertus, Hugolt et frater suus Hart-  
modus, Otto advocatus de Bove et alij quam plures.

Acta autem hec sunt anno dominice incarnationis  
M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>V<sup>o</sup>., iudictione prima, presidente Romane sedi 5  
domino papa Lucio IV<sup>to</sup>, anno pontificatus ipsius tertio,  
regnante domino Friderico gloriosissimo Romanorum  
imperatore semper augusto, anno imperij eius xxxi<sup>o</sup>.,  
anno episcopatus nostri xv<sup>o</sup>., archiepiscopatus autem  
domini Wigmani anno xxxii<sup>o</sup>., marchiam Misnensem 10  
Ottone fratre suo Ditrico marchiam Lvzizensem regente.  
Quo eciam tempore dominus Fridericus imperator  
duos filios suos Mogontie militaribus balteis gloriose  
precinxit.

Ipsa quoque anno rege expeditionem in Poloniam, 15  
pacem inter Mogontinum et Lodewicum lantgraviū  
disponente apud Expeffort tradibus domus pro ue-  
tustate confractis Fridericus comes Auenbergensis,  
Henricus comes de Swarzburch, Tozmarus comes de  
Cygenhagene, Berngerus comes de Meldingen, Bur- 20  
chardus castellanus de Wartberch cum domo ruentes  
heu miserabili morte interierunt.

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive.  
Das etwas zerbrochene siegel zeigt den bischof im ornate sitzend,  
in der rechten den krummstab, in der linken ein buch haltend. 25  
Umschrift: MARTJNVS DI GRA MJSNENSJS E....)*

### XXXII.

Papst Cœlestin III. befiehlt, den bischof von  
Meissen, der tadellos vor ihm dastehe, mit der  
gebührenden achtung in seiner diözese zu be- 30  
handeln. D. Lateran, 8. april (6. id. april) 1196.

Celestinus episcopus servus servorum dei, di-  
liscet filiis capitulo Misinensi salutem et apostolicam



benediccionem. Quia fratres et coepiscopos nostros preter commune debitum quadam speciali diligimus affectione, et eos paterne caritatis brachiis arcius amplexamur, ex eorum contrariis casibus tanto gra-  
 5 uiter permouemur, quanto nobis officio et dignitate magis uidentur conuictj et in nostre sunt partem sollicitudinis euocatj. Sane cum de venerabili fratre nostro . . . episcopo uestro olim sinistra quedam  
 10 apostolatui nostro delata fuissent, que sue fame contraria uidebantur et pontificatj dignitatj nullatenus consonabant, non potuimus merito non moueri, donec exinde cognosceremus plenius ueritatem. Comperto igitur ex uestra relacione aliorumque plurium prudentum et religiosorum uirorum, quod ea que ad-  
 15 uersus dictum episcopum maliciose fuerant machinata ex inuidia potius et maliuolencia quam ex aliqua Procenerent racione. Audito eciam ex tenore litterarum venerabilis fratris nostri Halberstatensis episcopi et dilecti filij Magdeburgensis prepositj, quibus questio  
 20 que inter predictum episcopum et uos dicebatur agitarj a sede apostolica commissa fuerat examinanda, quod uos aduersus eundem episcopum nullam proponeretis questionem, ipsum ad uos cum omni plenitudine gratie sedis apostolice remittimus et honoris,  
 25 Ideoque discretionj uestro per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus omni occasione et excusatione cessante ipsi episcopo tanquam pastori uestro debitam impendatis obedientiam et honorem. Datum Laterano vi. jd. april., pontificatus nostri anno quinto.

30 *(Aus dem originale No. 109. auf pergament im Dresd. geh. staatsarchive, auf welchem in tergo die aufschrift von alter hand: Bulla Celestini pape III. excusatoriam episcopi Misnensis. Das siegel ist von blei, zeigt auf der vorderseite die worte: CELESTINVS P.P. III., auf der ruckseite die apostel Peter und*  
 35 *Paul zwischen einem kreuze abgebildet und oben die buchstaben: S. Pa. S. Pe.)*

30 *Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page, including the words "Handela D. Lateran. 8. april. (8. id. april.) 1196." and "Celestinus episcopus servus servorum dei."*



## XXXIII.

Papst Cœlestin III. befiehlt, den verleumder des  
 bischofs von Meissen, Conrad, domherrn zu  
 Wurzen, so lange als gebannten zu betrachten,  
 bis er seine behauptungen als wahr erwiesen 5  
 habe. D. im Lateranpalaste, 8. april 1196.

Celestinus episcopus seruus seruorum dei, vene-  
 rabilibus fratribus Magdeburgensi archiepiscopo et  
 suffraganeis eius salutem et apostolicam benedictionem.  
 Ex iniuncto nobis apostolatus officio noscitur imminere, 10  
 ut sicut ecclesiasticis uiris pariter et honestis aposto-  
 licam debemus impendere gratiam et fauorem. Sic  
 illi qui tergiuersacione ac dolositate laborant, condigna  
 debent animaduersione puniri et ad suam et aliorum  
 correctionem ecclesiastica sunt censura plectendi. Verum 15  
 quia sicut ex tenore litterarum iudicum delegatorum  
 et aliorum prudentum uirorum accepimus, Conradus  
 Misinensis diocesis qui se dicit Wurcinensem cano-  
 nicum procuratorem se Misinensis capituli cum non  
 esset asseruit, et contra venerabilem fratrem nostrum 20  
 Misinensem episcopum prauas adinventiones et plura  
 inhonesta et enormia eidem obicere non expauit, et  
 quia post officij beneficij que suspensionem et excom-  
 municacionis sententiam in sue salutis periculum  
 diuina non dubitauit officia celebrare, de tanta pre- 25  
 sumptione ac temeritate horribili est pena plectendus.  
 Fraternalitatis uestre per apostolica scripta mandamus,  
 quatinus prefatum C. per dioceses uestras auctoritate  
 apostolica tamdiu faciatis tanquam excommunicatum  
 ab omnibus arcibus euitari, donec cum litteris uestris 30  
 ueritatem continentibus ad sedem apostolicam ueniat  
 absoluendus, sufficienter super hiis omnibus respon-  
 surus, non obstantibus litteris, quas super absolute  
 sua tacita ueritate a sede apostolica noscitur impe-  
 trasse. Datum Lateranensi vi. jd. aprilis, pontificatus 35  
 nostrj anno quinto.

(Aus dem originale No. 110. auf pergament im Dresd. geh.  
 staatsarchive. Die bleierne bulle ist wie oben beschrieben.)



Festsetzung des bischofs Dietrich und des mark-  
 grafen Dietrich von Meissen über das castrum  
 Thorun. D. Dresden, 31. märz (2. kal. april)  
 1206.

5 In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Tidericus  
 del gracia Misnensis marchio, omnibus Christi fide-  
 libus, ad quos presens pagina peruenerit, certa tenere  
 et incerta dimittere. Cum omnium habere memoriam  
 10 et in hiis que gesta sunt in nullo deuiare diuinum  
 sit potius quam humarum, idcirco ne presentium  
 posteritas dubitare ualeat in futurum quod inter ec-  
 clesiam Misnensem et Henricum burcgrauium de Donin  
 arbitrati fuimus, hoc sigilli nostri munimine roborato  
 15 duximus referendum. | Notum sii itaque tam presen-  
 tibus quam futuris, quod cum causa quae inter do-  
 minum Tidericum Misnensem episcopum et capitulum  
 suum ex una parte, et Henricum dictum ex altera  
 uertebatur super quodam castello quod Thorun uoca-  
 20 batur. Quod quidem castellum prefati, episcopus  
 et canonici Misnenses, asserebant memoratum Hen-  
 ricum in bonis Misnensis ecclesie de nouo contra  
 iusticiam posuisse, et per hoc bona ipsius ecclesie  
 destruxisse, homines afflixisse et nouas et indebitas  
 25 exacciones et onera rusticis ecclesie indixisse, diucius  
 uentilata finem debitum non fuisset sortita: placuit  
 partibus memoratis ipsam eam nobis committere ar-  
 bitrio decidendam, hinc inde in manu nostra fide data  
 promittentibus, quod quicquid de causa ipsa arbitra-  
 30 remur firmum tenent et ratum et nulla umquam fraude  
 uol astucia uiolarent. Nos igitur habentes et utri-  
 usque partis iusticiam integram conseruare uolentes,  
 de sciencia consensu et uoluntate ambarum parcium  
 hos uiros bone opinionis et fame de ipso confinio  
 35 Berchtoldum et Tidericum de Potshapel, Henricum de  
 Lutitz, Fridericum et Bertoldum Raraz fratres, Reinol-  
 dum de Grimme, et Hugonem fratrem eius, Wolfgangum  
 Shole, Arnoldum de Dolen, Burchardum de Kiz, Otto-  
 nem Riman, Timonem, Henricum, Hildan, Tidericum



de Komeram, Jordanum, Herbordum de Oztrov, Her-  
 mannum de Worganewiz, Hildebrandum de Bonpitz  
 et alios quam plures, Johannem de Plawen, Brunzlaum  
 et Petrum fratres ad presenciam nostram uenire fe- 5  
 cimus et iurare, quod amore, timore, odio, precio et  
 precibus pretermisissis bona fide et absque omni fraude  
 distinguerent bona ecclesie Misnensis et marchie Mis-  
 nensis sita in ille confinio. Hoc autem ideo fieri pre-  
 cepimus, quia dictus buregrauus constanter asserebat,  
 quod prefatum castellum in bonis marchie et non 10  
 ecclesie fundauerat, vnde ad nos et non ad ipsam  
 ecclesiam dictum castellum pertinere dicebat, nomi-  
 nando nos auctorem et warandum suum ubicumque  
 et quamcumque conueniebatur de castello sepius me-  
 morato. Quod quidem uiros iuratos cum nostris 15  
 nunciis nobilibus uiris Erkenberto buregrauo de  
 Dewin et Erkenboldo de Grizlav ad locum Misinensem  
 de quo questio uertebatur. Prenominati igitur uiri  
 bona ecclesie et marchie coram ipsius nunciis limi-  
 tantes, sub religione sacramenti hoc uer aciter affir- 20  
 mabatur, quod omnia a capite riuuli Zuchewidre usque  
 ad finem descensus ipsius in flumen Bistrice et  
 inde usque ad finem descensus ipsius in Al-  
 biam contenta Misnensi ecclesie . . . . tinerent. Reuersi  
 igitur cum nunciis nostris distinccionem quam fecerant 25  
 in nostra sunt presencia protestati. Nos autem habito  
 consilio plurimorum ibidem fuimus arbitrati, quod  
 dictum castellum cum aliis contentis intra limites  
 memoratos Misnensis essent ecclesie. Castellum eciam  
 destrui iussimus, et ne quisquam hominum illud de 30  
 cetero ausu temerario recdificare presumeret, dominus  
 episcopus sub pena excommunicacionis, nos uero sub  
 periclo rerum et personarum curauimus in hibere.  
 Ut igitur hec rata et inconuulsa permaneant, presen-  
 tem cartulam sigilli nostri inpressione munitam et 35  
 scribi fecimus cum testibus infra notatis, quorum hec  
 sunt nomina: Tidericus episcopus Misnensis, Bruno  
 prepositus Misnensis, Guncelinus decanus, Tidericus  
 custos, Tidericus prepositus Wrzinensis, Lutherus,  
 Bertramus, Luprandus, Wipertus, Albertus canonici 40  
 Misnenses, Burchardus prepositus de Lutmariz, Hen-



ricus canonicus Wrziniensis, Henricus de Werenboldisdorf, Henricus de Warin, Bernardus de Vesta, Bernhardus de Trepzin, Cunradus de Muglin, Poruz de Ghulme, Vlricus antiquus de Donin, Henricus de Be-  
 5 celnewiz, Hartlip de Burbewiz, Henricus et Albertus fratres de Sterenberc, Henricus Shotte, Henricus de Thorun, Heldolfus, Albertus Polonus, Cunradus pincerna, Cunradus de Brezeniz, Hildebrandus capellanus, Rabenoldus et Vlricus, scriptores marchionis, Otto  
 10 filius buregravius de Donin, Henricus de Frankenberc, Cunradus Spanseil, Hugo de Ysenberc, Cunradus Silstrano, Burkardus Nichist, Timo de Lome, Wernherus Rino, Fridericus de Lemin, Wernherus de Ercmarisdorf, Mecelin Knapatz, officii curie, Bernhardus  
 15 de Sessov, Cunradus de Yla, Wolframus et Petrus fratres de Schellenberc, Heidenricus et Vlricus capellanj, Vlricus canonicus Misnensis, Henricus marscalcus. Acta sunt hec Dresdene anno ab incarnationis domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>,  
 iudictione IX., II. kal. april., anno domini Phylippi regis  
 20 augusti regni VIII<sup>o</sup>, feliciter AMEN. (Sigillum.)

*(Aus dem originale No. 148. auf pergament im K. S. hauptstaatsarchive zu Dresden mit dem reitersiegel des markgrafen, welches die umschrift zeigt: † TEODERJCVS DEJ GRA MARCHJO MJSNENSJS.)*

25

**XXXV.**

Dietrich, markgraf von Meissen, verkündet die  
 stiftung eines hospitalet durch Conrad Spansel,  
 seinem ministerialen, in villa Dirsnitz. D. Misna,  
 19. sept. 1206.

30

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. T. dei  
 gracia Misnensis marchio, notum esse uolumus tam  
 presentibus quam futuris, quod ex permissione Phi-  
 lippi Romanorum regis et auctoritate priuilegii eius  
 licenter possumus in marchia de nostro uel aliorum  
 35 feudo, quod nos de imperio contingere, ex communi  
 consensu ecclesias dei, que sub nostra sunt ditione,



uel de nouo dotare uel iam dotatas meliorare. Igitur  
 quidam ministerialis noster, Cuonradus Spansel, assensu  
 nostro et Tamonis prefecti de Strele in uilla sua Dirsniz  
 que marchiam respicit, qua ille de dicto Tamone tenet  
 in beneficio. Is uero de nobis xenodochium pauperum 5  
 quod hospitale dicitur initiauit et quibusdam canonicis  
 regularibus procurandum contradidit. Sancti tituli  
 ecclesia beati Petri principis apostolorum olim sub  
 episcopo Martino de parrochia Lybene per aliam uillam  
 nomine Conradiz emancipata vii. mansis ac decima 10  
 cuiusdam dominicalis predicti ministerialis nostri dotata,  
 simul et aliam habens ecclesiam non iure terminorum  
 eius, sed nostra beniuolencia sibi subiectam, cum  
 quatuor mansis attinentibus et quicquid aliud est,  
 quod ad dotem pertinere cognoscitur. Insuper hoc 15  
 concessimus quicquid empto uel dono in posterum  
 ei poterit peruenire. Notandum prepterea, quod sepe  
 dictus ministerialis noster ipse cum heredibus suis  
 aduocatus erit in promemorato xenodochio ad prote-  
 gendum tamen nec non ad dilapidandum. Uerum ut 20  
 hec nostra caucio perpetuo inconuulsa permaneat,  
 banno episcopali et auctoritate nostri sygilli eam feci-  
 mus communiri. Huius rei testes hii sunt Lutherus  
 et Bertramus canonici Misnenses, Theodericus scriptor  
 de Misna, Henricus prefectus de Donin, Tammo pre- 25  
 fectus de Strele, Matheus de Misna, Tammo de Wirben,  
 Albero de Gorzowe, Bernhardus de Trebecin, Gunterus  
 de Zlowin, Henricus marscalk, Conradus camerarius,  
 Albertus dapifer et filius eius, Henricus, Herbordus  
 de Worcin, Albertus Polonus, Henricus de Warde, 30  
 Hermannus de Pichowe, Wignandus de Nonewiz,  
 Henricus et Hageno de Dobelin, Wolfganc Scolke,  
 Johannes de Plawen, Heidenricus de Creiuz, Sifridus  
 de Strigenewiz, Theodericus Smalz, Godescalcus Casebiz.  
 Acta sunt hec in Misna in kaminata marchionis de- 35  
 picta, anno dominice incarnationis m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>vi<sup>o</sup>., indictione  
 viii<sup>a</sup>., xiii. kal. octobr.

*(Aus dem originale No. 452. auf pergament im K. S. haupt-  
 staatsarchive zu Dresden mit dem reitersiegel des markgrafen.)*



Theodericus, bischof von Meissen, genehmigt die schenkung von Augustinus schrift: de civitate dei, durch den cistercienser Ludgerus von Celle, mit annahme der bedingung, den jenem heiligen geweihten tag besonders festlich zu begehen.

D. 13. december 1206.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Teodericus dei gracia Misnensis ecclesie episcopus et capitulum. Cum innumeris uitiorum maculis coti die sordescat uita humana in eo potissimum, ut speramus, diuine proximamus indulgentie, si eis saltem obsequij aliquid impendimus, qui ecclesiam dei pro ceteris et exemplis erexerunt et doctrinis correxerunt. Notum itaque facimus tam presentibus quam futuris filiis ecclesiae, quomodo ueniens ad nos familiaris noster amicus, Ludgerus, monachus de Cella sancte Marie, sancti Augustini de ciuitate dei, permissione abbatis sui ecclesie nostre deuotus contulit, petens a nobis humili precum instantia, quatenus natalem diem ejusdem beati Augustini episcopi atque doctoris eximii cum novem leccionibus et festiuo dici officio, annis singulis uellemus peragere. Proinde nos non sustinentes, ut tantum lumen ecclesie in humili memoria tamquam sub modio diutius esset opertum, unanimi et uoluntario voto gratis in hoc omnes consensimus, ut super candelabrum ponatur et in celebri memoria festum ejus et a nobis et a posteris nostris annuatim agatur, ut luceat omnibus, qui in ecclesia nostra sunt, sperantes in misericordia dei nostri, quod per ipsius beati patris merita, in fide catholica, pro qua idem uigilanti cura laborauit Misnensis ecclesia inconcussa perpetuo perseueret, optantes, ut quicumque diem ipsum debitam cum ueneratione peregerint, bonis omnibus nunc et semper perfrui mereantur. Si quis uero de nostris, quod non speramus, huic nostre constitutioni refragari presumpserit, dei et omnium sanctorum suorum odium habeat, et a deo atque a beato Augustino tamdiu alienum se esse cognoscat, donec a



temeritate sua resipiscat. Quod uidelicet malum ab omnibus posteris nostris remotam esse cupientes, presentem paginam de modo facti hujus conscribi fecimus, emque sigillorum nostrorum impressione communimus et nomina nostra in testimonium subscribimus. 5  
 Bruno prepositus major, Gunzelinus decanus, Teodericus custos, Teodericus prepositus de Wrzin, Lutherus, Bertramus, Vlricus, magister Wipertus, Luprandus, magister Albertus, Albertus de Lubene, Martinus scolasticus, Albericus, Sifridus. Acta sunt anno ab incarnatione domini MCCVI<sup>o</sup>, iudicacione IX., idus decembris. 10

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive. Die beiden anhangenden siegel zeigen das erste den bischof auf dem stuhle sitzend, den krummstab in der rechten, ein buch in der linken haltend, umschrift: THEODERJCVS MJSNENSJS ECCLESJE EPJSCOPVS. Das zweite oblongesiegel zeigt den evangelisten Johannes, in der linken das aufgeschlagene euangelium haltend. Umschrift: SCS JOHANNES APOSTOLVS ET EUANGELJSTA.)* 15

### XXXVII.

Papst Innocenz befiehlt dem convente zu Celle, 20 die seitens mehrerer diöcesanen der Meissner diöcese geschehene verweigerung des zehntens an das Meissner capitel bei fernerer dauer derselben mit den geistlichen strafen zu ahnden.

D. Anagni, 2. juni 1209. 25

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis, abbati priori et cantori in Cella, Cisterciensis ordinis, Misnensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Transmissa nobis dilecti filii Misnensis canonici querela monstrarunt, quod P. miles 30 de Nozim et Z. frater ipsius, Magnus et fratres ejus de Zobor, H. de Criwiz et P. de Cunsbach et quidam alii Misnensis diocesis, quasdam decimas ad eorum

Cod. dipl. Lus. sup. II.

7



prebendas spectantes contra justiciam detinent et reddere contradicunt. Quo circa discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes, quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati si se gracia, odio uel timore subtraxerint, cogatis censura simili appellatione remota, veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Anagnie II., nonas, junij, pontificatus nostri anno vndecimo.

(Aus dem Reinhard'schen copiar tom. I. No. 21. p. 51b. im K. S. staatsarchive zu Dresden, wo auch die bleierne bulle gezeichnet ist. \*)

\*) Das original ist im Meissner stiftsarchive nicht mehr zu finden.

### XXXVIII.

20 Dietrich, bischof von Merseburg, und andere schiedsrichter legen den zwischen dem Meissner capitel und Arnold von Mildenstein über die zehnten in den burgwarden Gozne und Frankenberg schwebenden streit bei. D. 23. april  
25 1214.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Teodericus dei gracia Mersburgensis ecclesie episcopus, Teodericus Misnensis et orientalis marchio et Albertus de Droyzsec, inter Misnense capitulum et Arnoldum de Mildensteyn arbitri communiter electi. Quum exemplis ipsius instruimur, qui constitutus inter deum et hominem, ispe deus et homo, pariter mediator, utrumque unum fecit, ut quemadmodum ipse fecit, nobis, et nos eadem faciamus, finiendis discordijs et



litibus sopiendis operam accommodantes, vniuersis Christi fidelibus in noticiam duximus educendum, quod cum inter ecclesiam Misnensem et Arnoldum de Mil- densteyn super decimis possessionum Hersueldensis ecclesie in burgwardo Gozne constitutis iam dudum 5 questio uerteretur, licet eadem causa per me, uide- licet episcopum et Dietmarum decanum et Heinricum archidiaconum Mersburgensem auctoritate apostolica esset decisa et decima eadem fratribus sentencialiter adjudicata, nichilominus postmodum pro bono pacis 10 in nostrum arbitrium compromiserunt. Post multos igitur super eo tractatus habitos, Arnoldus idem tria tandem fratribus proposuit, quorum primum fuit, quod si Teodericus maioris ecclesie Misnensis prepositus, consanguineus ipsius Arnoldi juratus assereret, ipsas 15 decimas ad capitulum pertinere, ipse super eis eccle- siam de cetero minime molestaret. Episcopus uero et canonici duobus alijs, que proposita fuerant pest- positis, eum, qui expressus est articulum, elegerunt. Vnde jam dictus prepositus, tactis sacrosanctis ewan- 20 geliis dixit, omnem decimam possessionum Hersuel- densis ecclesie, que sunt in burcwardo Gozne et Urankenberch constitute ud altare beati Pauli et ad prebendam fratrum legitime pertinere. Nos uero 25 eidem Arnoldo super eadem petitione perpetuum silentium imponentes et in decimis eisdem pacem fra- tribus firmantes, eas sine diminutione in antea pre- cepimus ipsis solui. Testes autem hujus rei sunt: Bruno episcopus, Guncelinus decanus, Bertramus Wrcinensis prepositus, Vlricus custos, Wipertus sco- 30 lasticus, Heidenricus et Geroldus canonici Misnenses et Conradus cappellanus marchionisse, Heynricus burc- grauius de Donin, Heinricus de Chorun, Conradus de Borsendorf, Albertus dapifer, Herbordus de Wrcin, Arnoldus de Zlowin, Hermannus de Catena, Conradus 35 de Teniz, laicj. Acta sunt hec Doblin jncarnationis dominicæ anno millesimo cc<sup>o</sup>xiv<sup>o</sup>, jndictione tertia, nono kal. maji.

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive mit drei siegeln.)*

40



Bischof Bruno II. verkündet, dass der domherr Petrus der Meissner kirche ein jährliches talentum auf Lubiziz aufgesetzt habe. D. 31. mai  
5 1216.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Bruno secundus dei gracia Misnensis ecclesie episcopus et capitulum. Copiose quidem eorum, qui fuerunt ante nos scriptis et preceptis salutaribus moniti sumus  
10 bene agere iam quod et laudabilius recentibus atque domesticis singulis prouocamur exemplis, ut res terenas et absolute perituras in non pereuntem ac celestem cogamus transire mercedem. Exempli loco Petrum fratrem et con canonicum nostrum ponimus, qui sue  
15 memor salutis mansum unum in Lubiziz, talentum unum in censu annuo soluentem, de suo comparauit cumque pro remedio anime sue huic Misnensi assignauit ecclesie, quod uidelicet factum idcirco scriptor mandare dignum duximus, quantum et secuturi noue-  
20 rint, nos omnes in hoc verbum compromisisse, ut cum ipse Petrus mortis commune debitum solverit, dies obitus ejus annuatim de eodem talento recolatur a nobis et a posteris nostris hujus ecclesie filijs in perpetuum. Ne quis autem extraneorum hujus secu-  
25 ritatem possessionis inquietare presumat, ne quis etiam domesticorum, quod nichilominus timendum est atque cauendum hanc nostre compromissionis formulam in irritum ad ducere audeat, per flagellum anathematis utrumque repellimus, nostrorumque sigillorum appo-  
30 sitione ac fratrum presencium adtestacione factum hoc rationabile comunimus, quorum testium hec sunt nomina: Theodericus prepositus major, Guncelinus decanus, Bertramus prepositus de Wrcin, Nicolaus, Vlricus custos, Wipertus scolasticus, Albertus de Lipz,  
35 Albertus de Lubene, Sifridus de Pigowe, Nicolaus archidiaconus de Butsin, Heidenricus cellerarius, Geroldus, Petrus de Noscin. Acta sunt hec in principali ecclesia nostra Misnensi, anno ab incarnatione domini



millesimo cc<sup>o</sup>xvi<sup>o</sup>, iudicacione iv., pridie kalendas junii feliciter.

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive mit den beiden siegeln des bischofs Bruno und des Meissner capitels.)*

**XL.**

5

Bruno II., bischof von Meissen, bekräftigt, dass der dekan Gunzelin der Meissner kirche zins in villa Lubiziz ausgeworfen habe. D. 31. mai 1216.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Bruno 10  
 secundus dei gracia Misnensis ecclesie episcopus et  
 capitulum. Sicut ad locum unde exeunt flumina re-  
 uertuntur, ut iterum fluant, ita possessiones eccle- 02  
 siastice ad hoc a uiris habentur timoratis, ut quod  
 necessitati eorum superfuerit, rursus ad personas 15  
 ecclesiasticas et per eas redeat ad dominum domini,  
 qui dedit illas, quatinus et a deo gratia et ab homi-  
 nibus in benefactores suos orationum recurrat instantia. 25  
 Notum itaque esse uolumus tam presentibus quam  
 futuris hujus Misnensis ecclesie filijs, quum Guncelinus 20  
 decanus et concanonicus noster in uilla Lubiziz com-  
 parauit tres mansos, tria talenta soluentes, medietas  
 in festo sancti Michaelis, itemque alia medietas in  
 festo sanctorum Philippi et Jacobi dabitur, ipsos que  
 mansos post mortem suam pro remedio anime sue 25  
 nostre assignauit ecclesie, ita ut in anniuersario mar-  
 chionis Theodorici, quod est V<sup>o</sup>. jdus februarij, de  
 prefato censu duodecim solidi fratribus dari debeant,  
 itemque in anniuersario ipsius fratris nostri Gunce-  
 lini, cum dominus eum de medio tulerit dabuntur 30  
 annuatim in clemosynam pauperibus X. solidi, et quid-  
 quid super hanc summam census fuerit, cedat in usus  
 fratrum, ita tamen ut decima, quam in hospitale pau-  
 perum administrant fratres, ex ipsa nihilominus quan-



titate solvatur. Decimam quoque XL schocorum super  
 uillam Kiwiz idem frater noster comparauit, de cuius  
 medietate decime, anniuersarius dies patris ejus VI.  
 Kal. Decembris a nobis recoletur, de residuo autem  
 5 ipsius decime anniuersarium diem matris ejus VI. nonas  
 Octobris recensebimus. Hec autem omnia super nos  
 et super posteros nostros facienda atque soluenda ita  
 assumimus, ut si qua ecclesiastica secularisue per-  
 10 sona ui vel fraude bona predicta a nobis alienare  
 ecclesie contra hanc nostram compromissionem uenire  
 temptauerit, non resipiscat anathematis uinculo cum  
 ceteris malefactoribus innodatum esse se nouerit,  
 15 ideoque ut presentem constitutionis formam ab omni  
 malorum hominum importunitate foris et intus red-  
 damus munitam et nostrum et ecclesie nostre sigil-  
 lum in testimonium nostri concensus apponimus cum  
 20 denominatione testium, quorum hec sunt nomina:  
 Theodericus prepositus major, Bertramus prepositus  
 de Wurzin, Nicolaus subdiaconus curie Romane, Ul-  
 ricus custos, Wipertus scolasticus, Albertus de Lipz,  
 25 Albertus de Lubene, Sifridus de Pigowe, Njcolaus  
 archidiaconus de Butsin, Heidenricus cellarius, Gerol-  
 dus, Petrus de Noszin. Acta sunt hec in principali  
 30 ecclesia nostra Misnensi, anno ab incarnatione domini  
 millesimo cc<sup>o</sup>xvi<sup>o</sup>, iudictione quarta, pridie Kalen-  
 das junij feliciter.

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive  
 mit dem siegel des bischofs und des capitels.)*

30

### XLI.

Papst Innocenz gestattet dem Meissner capitel  
 die von letzterem einst an laien ausgethanen  
 05 lehen wieder an sich zu ziehen. D. 2. april  
 1217.

35

Innocentius episcopus seruus seruorum dei, di-  
 lectis filiis, capitulo Misnensi salutem et apostolicam



benediccionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ut proventus decimarum ad ecclesiam vestram spectantes, quas episcopi, qui pro tempore vestre prefuerunt ecclesie in feudum laicis concesserunt, de ipsorum manibus ad usus proprios vobis redimere liceat, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lateran, iv. nonas Aprilis pontificatus nostri anno nono decimo.

(Nach dem Reinhard'schen copiarium Bd. I. p. 34. No. 25. im K. S. staatsarchive zu Dresden\*.)

\*) Das original nicht mehr in Meissen zu finden. 20

## XLII.

Bruno II., bischof v. Meissen, verkündet den Übergang des bisher den gebrüdern Bernhard und Conrad v. Camenz gehörigen ortes Loztowe von jenen an das kloster Buch. D. Buch (non. Aug.) 1221. 25

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Bruno secundus dei gracia Misnensis ecclesie episcopus. Quum secundum cursum malicie diei et statum presentem ecclesie dei nihil que ipsis aut ex fidelium elemosinis proueniunt domino inspirante, aut eciam ex quocunque contractu honesto accedunt, stabili ingent firmitate, ad noticiam uniuersorum Christi fide-



lium tam presencium quam futurorum duximus edu-  
 cendum, quod dilecti ac fideles nostri Bernhardus et  
 Cvnradus fratres de Kamenz in loco Bvch ad nostram  
 presentiam accedentes, coram nobis publice sunt  
 5 confessi, quod patrimonium suum in Loztowé situm  
 de consensu coheredum suorum communi, ecclesie  
 eidem sub certa forma distraxerint, uendentes et as-  
 signantes ipsi sollempnitate debita coram iudiciis se-  
 cularibus prout in eiusmodi negociis ius expetit seculare  
 10 cum exitibus et redditibus et pertinentiis uniuersis.  
 Professi sunt eciam idem negocium coram dilecto  
 compatre nostro pie memorie Theoderico marchione  
 Misnensi in prouinciali placito Zcolin et Aldenbyrk  
 coram iudicibus domni imperatons venerabili domno  
 15 Engilhardo Nuenburgensi episcopo et Heinrico de  
 Crimaschowe celebriter terminatum. Datum Bvch anno  
 incarnationis dominice millesimo ducentesimo vicesimo  
 primo pontificatus nostri undecimo, nonas augusti.  
 Procurante ipsam ecclesiam et negocium supradictum  
 20 venerabili fratre Brvningo abbato vna cum testibus  
 subter annotatis, Johannes noster notarius scolasticus  
 Bvdsinensis, Vlricus canonicus Wrzinensis, Albertus  
 clericus, laici, Mekbodo de Zcerniz et Hermannus mi-  
 lites et pueri familie nostre, Tammo de Teniz, Cvn-  
 25 radus de Heynrichisdorf, Andreas filius Tammonis  
 pincerne nostri, Lampertus filius Hermanni camerarii,  
 Heynricus de Mygelin, Poppo de Podgrodis et alii  
 quam plures testes.

(Aus dem originale No. 237. auf pergament im K. S. geh.  
 30 staatsarchive zu Dresden mit dem siegel des bischofs, wie es schon  
 vielfach beschrieben ist bei anhang No. I. Budiss. urkunden.)

### XLIII.

Bruno, bischof v. Meissen, genehmigt die stiftung  
 05 des heil. Kreuzklosters vor Meissen. D. 1224.

35 In nomine sancte et indiuidue trinitatis, Brvno  
 secundus dej gracia Misnensis ecclesie episcopus. Pie



mentis est amplectenda deuocio, qua jllustris memorie  
 dominus Theodericus quondam marchio Misnensis et  
 orientalis, locum quendam prope Misnam super ripam  
 Albie in decursu ipsius fluminis situm, ad honorem  
 sancte et victoriosissime crucis perpetue virginij de  
 genitricij Marie donauit, in quo claustrum sanctimo- 5  
 nialium ordinis Cisterciensis pro suorum remedio  
 peccatorum instituit ipsumque de bonis suis, heredum  
 suorum accedente consensu, dotauit. Eidem igitur  
 sue deuotionij et nos deuoto concurrentes assensu, eo 10  
 quod ex debito pastoralis regiminis teneamur non  
 solum ecclesias plantare sed etiam plantatas fouere,  
 donacionem ac institutionem ejusdem domini marchio-  
 nis gratam et ratam habentes, auctoritate diocesiana  
 concedimus, accedente capituli nostri consensu, quati- 15  
 nus in loco prefato claustrum exurgat, in quo religio  
 sanctimonialium ordinis prefatij annuente diuina cle-  
 mencia futuris perpetuis temporibus obseruetur. Con-  
 cedimus preterea ut sanctimoniales ibidem deo ser-  
 uientes prepositum et abbatissam sibi ex electione 20  
 communij preficiant, secundum quod ecclesie ordinis  
 ipsius alibi preficere consueuerunt. Ipsum quoque  
 claustrum cum omnibus personis pertinentibus ad eum  
 ac bonis sibi collatis ac deinceps conferendis, acqui-  
 sitis et acquirendis sub proteccionem nostram sus- 25  
 cipimus, et eadem bona omnia ipsi sub banno nostro  
 confirmantes, auctoritate dei omnipotentis et nostra  
 sub interminacione anathematis firmiter inhibemus,  
 ne quis idem claustrum in personis aut rebus suis  
 occasione qualibet de cetero indebite molestare pre- 30  
 sumat. Hec autem sunt bona que contulit supradictus  
 marchio claustro prefato: Luppe XLI mansos et di-  
 midium cum ecclesia et molendino et duabus siluis,  
 villam Somervelt cum xxxij. mansis, ecclesiam sancti  
 Martinij in monte Misne et ecclesiam sancti Nicolaj 35  
 cum vij. mansis et silua prope posita, villam Buchwen  
 cum xiv. mansis et allodium cum quatuor mansis et  
 silua prope posita, Dobrawitz viii. mansos cum allodio  
 et silua prope posita et molendino, Vben viii. mansos  
 et dimidium cum allodio et prato et silua prope po- 40  
 sita, Lupsiz iv. mansos et pratum cum silua prope



posita, Nuendorp quatuor mansos et tria prata. Apud  
 castrum Misne vi. mansos cum vinea et salictum quod  
 in volgari: wert appellatur cum montibus circumia-  
 centibus, allodium Pezle prope Turgowe cum x. man-  
 5 sis et salictum cum duobus mansis et dimidium cum  
 prato et silua. Postmodum autem filius eius de con-  
 sensu tutoris sui domini lantgrauij Thuringie eccle-  
 siam in Lamprechteswalde, villam Dubeniz cum xii.  
 mansis et allodium et duo prata cum molendino et  
 10 duabus filiis prope positis. Testes huius rei sunt:  
 Theodericus prepositus, Petrus decanus, Everhardus  
 de Nemits, prepositus Nicolaus de Butsia, Albertus  
 cellarius de Doblin, Walterus canonicus Misnensis,  
 Albertus prepositus sancte Affre, dominus Meinherus  
 15 burchgrauus Misnensis, Gunterus miles de Zlowin,  
 Godeschalcus Kesebiz, Rodengerus Borc, Henricus  
 de Vichtenbere. Actum anno dominice incarnationis  
 m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xxiv<sup>o</sup>, iudicacione duodecima, pontificatus nostri  
 anno quarto decimo.

20 *(Vom originale No. 1. auf pergament im archive der fürsten-  
 schule zu Meissen, woran das siegel fehlt.)*

#### XLIV.

Bischof Bruno II. v. Meissen nimmt die schen-  
 kung von zwei morgen und einer mühle zu  
 25 Chanewitz vom ministerialen gleichen namen's  
 an. D. 26. maerz 1227.

In nomine domini amen. Bruno II. dei gracia  
 30 Misnensis episcopus omnibus in perpetuum. Cum ex  
 offitio nostro ad hoc simus omnibus debitores, ut ea  
 30 que coram nobis fiunt scripti nostri testimonio robo-  
 remus: Notum esse volumus tam presentibus quam  
 futuris Christi fidelibus vniuersis, quod cum causa  
 01 que uertebatur inter dilectos fratres nostros, capitu-  
 lum Misnense ex parte una et Matheum militem mi-



nisterialem nostrum de Chanewiz<sup>1)</sup> ex altera fuisset  
 diucius agitata, miles idem, qui per multos annos  
 excommunicationis uinculo extitit innodatus<sup>2)</sup> ductus  
 spiritv contricionis accedens ad presentiam nostram  
 in Bischofiswerde absolutionis beneficium a nobis 5  
 peciit<sup>3)</sup> humiliter ac deuote, resignans in manus  
 nostras jus quod in dominicali et duobus mansis et  
 molendino Chanewiz<sup>4)</sup> a nobis sibi hactenus addi-  
 cebat et renuncians omni juri et actioni<sup>5)</sup>, quod vel  
 sibi vel heredibus suis in perpetuum in bonis com- 10  
 petere uideretur eisdem, nos<sup>6)</sup> de prudentum viro-  
 rum consilio ipsum duximus absoluendum. Et quia  
 multa est malitia hominum super terram, ne dilectis  
 fratribus nostris capitulo supradicto super prefatis  
 bonis siue a successore nostro siue a quoquam alio 15  
 post tempora nostra questio moueatur, jus quod tamen  
 ante ad predictum capitulum pertinebat, in bonis  
 ipsis<sup>7)</sup> per donationem publicam innouantes<sup>8)</sup> ad ec-  
 clesiam Misnensem ad prebendas fratrum duximus  
 transferendum, firmiter sub interminacione anathematis 20  
 prohibentes, ne quis capitulum Misnense in bonis  
 sepius memoratis perturbet aliquatenus aut molestet.  
 Quod si quis attemtauerit<sup>9)</sup> dei omnipotentis offen-  
 sam et nostre excommunicationis sentenciam se noverit  
 incurrisse. Actum<sup>10)</sup> Bischofiswerde VII. kal. April. 25  
 anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVII<sup>o</sup>., pontificatus nostri XIX.  
 Hujus rei testes sunt: Nycolaus Budesinensis prepo-  
 situs, Lambertus canonicus Misnensis, Henricus scho-  
 lasticus Wurcinensis<sup>11)</sup>, Vlricus canonicus Budesinensis,  
 Heiricus de Polsniz, Arnoldus de Bischofisdorf, Johan- 30  
 nes filius pincerne, Ericus clericj, Meinhardus de Bis-  
 chofiswerde, Conradus filius ejus, Waltherus<sup>12)</sup> de Bis-

<sup>1)</sup> Chanuiz. <sup>2)</sup> tandem cum per multos annos extitisset  
 innodatus excommunicationis vinculo. <sup>3)</sup> petiuit sibi a nobis  
 absolutionis beneficium impendi. <sup>4)</sup> in manu nostra feodum 35  
 si quidem in dominicali, in mansis et molendina Chanuiz.  
<sup>5)</sup> impetitioni. <sup>6)</sup> Nos uero. <sup>7)</sup> memoratis nos. <sup>8)</sup> nostram.  
<sup>9)</sup> aggrauet uel molestet. Si quis uero hoc presumpsit at-  
 temptare, te excommunicationis uinculo noverit innodatum.  
<sup>10)</sup> Datum. <sup>11)</sup> Wurziensis. <sup>12)</sup> Bischofisdorph plebani, Jo-  
 hannes subdiaconus, laici fasalli ministeriales nostri Meinardus 40



cofisdorf, Lambertus de Worganewiz<sup>13)</sup>, Andreas filius pincerne, Luthegerus camerarius<sup>14)</sup>, Gisilbertus de Nimitsez<sup>15)</sup>, Johannes cocus de Wurzin, Rudegerus sculthetus de Goltbach, Wernherus scultetus de Balde-  
5 winesdorf, Harthungus de Dobranewiz<sup>16)</sup> laici et alij quam plures.

*(Aus zwei originalen auf pergament im Meissner stiftsarchive, an deren jedem das siegel des bischofs hängt. Die varianten sind dem zweiten schmälern exemplare entnommen.)*

10

## XLV.

Bruno II. bischof v. Meissen leiht vom capitel zu Meissen für die kaufgelder von Stolpen 168 mark. D. Misne, 18. October. XV. kal. Nov. 1227.

15 Bruno secundus dei gracia Misnensis episcopus. Notum facimus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus vniuersis, quod nos receptis a fratribus nostris, Misnensi capitulo C. LX. et VIII. marcas ar-  
20 castelli nostri Stolpen redegimus villam Luzewiz in territorio Nisen sitam et villam Repniz apud castellum Scharphenberch constitutam cum fructibus et utilita-  
tibus vniuersis que nunc insunt vel inesse poterunt in futurum, ad vsus fratrum Misnensium dedimus in  
25 perpetuum possidendas, ita tamen vt de redditibus vnus talenti quod in eisdem bonis dedimus eis gratis, anniuersarium nostrum singulis annis agant. Et ne quis nostrorum in posterum successorum Misnensis capituli in villis eisdem que ex donacione nostra ipsi  
30 ecclesie tam racionabiliter accesserunt, occasione ali-

et Conradus filius ejus, Walpertus de Bischophiswerde, Walterus de Bischophisdorph. <sup>13)</sup> Worganuiz. <sup>14)</sup> Ludegerus Camerarius, Giselbertus de Nimitsen. <sup>15)</sup> Dobranuiz.



qua ualeat impedire auctoritate dei omnipotentis et  
 nostra firmantes eisdem fratribus nostris pacem, pre-  
 sentem in paginam conscribi et sigilli nostri testimonio  
 fecimus communiri. Data Misne XV<sup>o</sup> kal. Novembres,  
 anno gracie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVII<sup>o</sup>, pontificatus nostri anno 5  
 XX<sup>o</sup>. Huius rei testes sunt Heidenricus prepositus,  
 Petrus decanus, Sifridus, Nicolaus prepositus Budesi-  
 nensis, Henricus de aquatico castro, Petrus, Cunradus  
 prepositus Wrcinensis, Euerhardus de Heiniz, Albertus  
 de Pretin, Albertus de Dobelin, Vlricus de Kurin 10  
 scolasticus, Lambertus, magister Luotherus prepositus  
 in Ozzek, Martinus de Mulberch, Hermannus de Liz-  
 nik, canonici Misnenses.

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive  
 mit dem ziemlich erhaltenen siegel Bruno's.)* 15

#### XLVI.

Heinrich markgraf v. Meissen und Ostmark ge-  
 nehmigt Otto und Bodo gebrüdern von Ilburg,  
 die übergabe der villa Meinardiz an die kirche  
 zu Mühlberg. D. 28. januar 1228. 20

In nomine domini amen. Henricus dei gracia  
 Misnensis et orientalis marchio. Ne ea que fiunt sub  
 tempore a lubrica hominum memoria letea aboleat  
 oblivio facta scriptis commendantur et sigillorum mu-  
 nimine roborantur. Inde est quod nos tam presen- 25  
 tibus quam futuris uolumus esse notum, qualiter  
 fideles nostrj Otto et Bodo fratres de Ylburch, pe-  
 tentes suppliciter et deuote quatinus eorum deuo-  
 cionj quam circa ecclesiam in Moleberch conceperant,  
 cui de suis tantum largirj uolebat facultatibus, ut de 30  
 parochiali ipsam facerent conuentualem, promptum et  
 pronum preberemus assensum. Nos uero propter  
 eorum interuentum minime denegandum, nec non pro



remedio patris nostri Th., quondam Misnensis mar-  
 chionis, et de consensu Alberti ducis Saxonie nostri  
 tutoris concessimus, ut uillam Meinardiz quam a nobis  
 in feodo tenebant et insuper duo alodia eidem loco  
 5 jure perpetuo conferrentur. Preterea de bonis, que  
 a nobis possident iure feudali usque ad redditus  
 quinquaginta marcarum argenti de nostro et tutoris  
 nostri consensu ipsi loco contulerunt, sicut perpetuis  
 inibi temporibus congregacio deo ibi famulancium  
 10 iugiter deseruiant. Vt autem donacio nostra maneat  
 semper firma, hanc inde scribi paginam et sigillo  
 nostro iussimus roborari. Testes sunt Meinherus burc-  
 grauius Misnensis, Heidenricus Misnensis prepositus,  
 Fridericus de Turgowe, Vlricus de Pach, Henricus  
 15 de Chorun, Henricus dapifer, Henricus marscalcus,  
 Conradus kamerarius. Datum Burne in castro dapi-  
 feri v. kal. febr. anno gracie M<sup>o</sup>CCXXVIII.

(Aus dem originale No. 285. auf pergament im Dresden.  
 geh. staatsarchive mit dem reitersiegel, welches ausser einigen be-  
 20 schädigten stellen der schrift, im ganzen wohlerhalten ist.)

### XLVII.

Papst Gregor befiehlt dem abte zur Celle das  
 neugestiftete kloster st. Marienthal zu visitiren  
 und es in den Cistercienserorden aufzunehmen.

25 D. 23. juli 1235.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, dilecto  
 filio abbati Cellensi Cisterciensis ordinis salutem et  
 apostolicam benedictionem. Cum carissima in Christo  
 filia G. jllustris regina Boemie monasterium monia-  
 30 lium de valle sancte Marie Cisterciensis ordinis Mis-  
 nensis diocesis in honore beate virginis de nouo con-  
 struxerit et illud sufficienter dotauerit de propriis  
 bonis suis, discretioni tue per apostolica scripta man-  
 damus, quatinus ipsas singulis annis personaliter ui-



sitans, eas Cisterciensis ordinis institutis studeas informare. Datum Perusij III. idus julij, pontificatus nostri anno nono.

(Aus dem originale No. 527. auf pergament im k. sächs. geh. staatsarchive zu Dresden mit einer bleiernen bulle, auf der 5  
einen seite die aufschrift: GREGORIUS PP. (PAPA) VIII. Auf der  
anderen seite die beiden apostel Petrus und Paulus, in der mitte  
das kreuz.)

### XLVIII.

S. erzbischof v. Mainz befiehlt dem kapitel und 10  
Siegfried v. Pegau, sämtliche kirchen der diö-  
cese Meissen zu visitiren. D. 26. Sept. (VI. kal.  
octobr.) 1244.

S. de j gracia sancte Maguntine sedis archiepis-  
copus, sacri imperij per Germaniam archicancellarius 15  
venerabili in Christo patri domino .... episcopo et di-  
lectis in Christo ... preposito ... decano et Sifredo  
de Pygauia canonico Misnensi salutem et sinceram in  
domino caritatem. Noueritis quod domini pape litteras 20  
recepimus in hec uerba. Innocentius episcopus seruus  
seruorum de j, venerabili fratri ... archiepiscopo Ma-  
guntinensi salutem et apostolicam benedictionem. Ro-  
manus pontifex pastoris magni vicarius, quem eccle-  
siarum omnium cure nexus obligat apostolice seruitutis,  
quia ne ecclesijs a se distantibus impendat sui mi- 25  
nisterij debitum prohibent interualla locorum, alios in  
messem dominicam comparatos compellitur euocare.  
Hinc est, quod cum status ecclesiarum in Magdebur-  
gensi prouincia multe deformationis tribulis oppri-  
matur quos expedit falce apostolica resecari tibi de 30  
eius discretione confidimus in dicta prouincia uisita-  
cionis et reformationis officium duximus committen-  
dum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta  
mandamus continuatim commissam tibi sollicitudinem  
sic laudabiliter exequaris quod gratiam sedis aposto- 35



lice de bono in melius ualeas promereri, contradictores  
 per censuram ecclesiasticam appellacione postposita  
 compescendo. Datum Lateranensi (palatio) V. kalend.  
 Maji, pontificatus nostri anno primo. Cum igitur non  
 5 possimus loca singula personaliter uisitare, negocijs  
 ecclesie impediti plenam gerentes de uestra discre-  
 tione fiduciam, qua fungimur nobis auctoritate, man-  
 damus continuatim uniuersas ecclesias conuentuales  
 tam regulares quam et seculares et archidiaconatus  
 10 Misnensis ciuitatis et diocesis uice nostra uisitare  
 curetis sollicitius perquirentes que et ecclesiarum  
 et personarum canonicum statum deformant, maioribus  
 autem nostre correctioni seruatis, alia reformetis, sicut  
 deo uelitis de hoc reddere rationem, ceterum pro-  
 15 curaciones nobis debitas per uos congrue taxatas a  
 predictis ecclesijs et clero nichilominus expectatis,  
 contradictores per censuram ecclesiasticam compes-  
 cendo. Datum Prage, VI. kal. Octobr., anno domini  
 millesimo cc<sup>o</sup>xliv<sup>o</sup>., pontificatus nostri anno quinto-  
 20 decimo.

*(Aus dem originale No. 406. auf pergament im k. s. geh.  
 staatsarchive zu Dresden, ohne siegel.)*

### XLIX.

König Wenzel von Böhmen schenkt dem stifte  
 25 Meissen das castrum Lesne. D. Camich, 22. sept.  
 (X. kal. Octobr.) 1247.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wenz-  
 laus dei gracia Bohemorum rex quartus omnibus pre-  
 sentem litteram inspecturis salutem et omne bonum.  
 30 Que diuine pietatis affectu sanctis locis beneficia con-  
 feruntur, firma debent stabilitate constitui et nulla  
 intencione in posterum reuocari. Hinc est quod uni-  
 uersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris  
 uolumus notum esse, quod nos pro remedio anime



patris nostri Othakari regis Bohemorum ac pro re-  
 medio anime dilecti filii nostri Wathzlai, nec non ad  
 petitionem dilecte sororis nostre Agnetis, castrum in  
 Lesne cuius proprietatem cum omnibus attinentiis suis  
 ac villis adiacentibus uniuersis Misnensi ecclesie re- 5  
 cognoscimus pertinere, uenerabili domno Conrado  
 Misnensi episcopo ac sue ecclesie dimisimus pleno  
 iure auctoritate nostra regia pacem firmantes ecclesie  
 prenotate, et districtius inhibentes, ne quis ipsam in  
 eodem castro et suis possessionibus molestet aliqua- 10  
 tenus aut perturbet. Vt autem hec donacio rata  
 maneat in futurum presentem paginam desuper con-  
 scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborarij. Da-  
 tum in Camich per manum Herbordi curie nostre  
 notarij anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XLVII<sup>o</sup>, IX. kal. octobr., jn- 15  
 dictione quinta.

*(Aus dem originale No. 450. auf pergament im k. s. geh.  
 staatsarchive zu Dresden, mit einem siegel mit rücksiegel. Das  
 rücksiegel zeigt den heiligen Wenzel auf dem throne sitzend, in  
 der rechten die fahne, in der linken den schild mit dem adler. 20  
 Umschrift: †. SANCTVS. WENCEZLAUS BOEMORUM DUX. —  
 Das vordersiegel zeigt den könig, Wenzel auf einem zierlichen throne  
 in der linken den reichsapfel, in der rechten den scepter haltend,  
 mit der umschrift: PAX REGIS WENCESLAJ JN MANU SANCTI  
 WENCEZLAUJ.) 25*

L.

Schutz- und trutzbündniss des Herzogs Heinrich  
 von Polen mit markgraf Heinrich v. Meissen.

D. Misne, 20. april (XII. kal. maji) 1249.

Nos Henricus dei gracia dux Polonie, recognoscimus 30  
 et tenore presencium publice protestamur, quod cum  
 Henrico marchione Misnensi concordauimus in hunc  
 modum. Quod nobis contra fratrem nostrum astabit  
 et nunquam concordabit cum ipso, nisi hec fuerit de  
 nostra consciencia et eius voluntate et nec nos hec 35



sine sua voluntate aliquatenus faciemus. Si autem  
 inter nos et fratrum nostrum secundum consilium  
 hominum suorum et nostrorum concordiam poterit  
 ordinare, in hec nos suam sequeremur per omnia  
 5 voluntatem. Et si non posset nos per amicitiam ali-  
 quatenus concordare, nos iuuabit ut terram fratris  
 nostri recuperare possimus. Qua recuperata, ipsi  
 marchioni presentabimus Croznam civitatem et castrum  
 et terram ad Croznam pertinentem, uel totam terram  
 10 inter Quissam et Poberam vsque ad siluam que est  
 inter Lewinberc et Neuenburc super Quissam, que  
 silua protenditur usque ad montes Boemie. Et hec  
 in opzione sua existet, quam ex hiis duabus terris  
 eligere affectabit. Promisimus insuper marchioni eidem,  
 15 quod centum et quinquaginta marcas auri, vel in  
 estimacione tantum argenti Misnensis ponderis, ei  
 soluemus medietatem in octaua pentecostes et aliam  
 medietatem in festo Johannis baptiste. Idcirco idem  
 nobis promisit, quod singulis annis cum expedicione  
 20 sua terram semel intrabit personaliter fratris nostri,  
 secundum quod nobis et eidem videbitur expedire,  
 nisi legitima causa ipsum excuset. Tunc enim homi-  
 nes suos mittet. Et hec nobis in auxilium faciet, dum  
 modo a nobis sex septimanis anni commonitus habea-  
 25 tur. Ipsi autem et suis quamdiu ibidem fuerint, ex-  
 pensas ministrabimus integraliter ac perfecte. Preterea  
 idem marchio nobis tenebit sexaginta armatos, interim  
 quod praelium nostrum durat, in marchia Lusicensi,  
 uel in Zarowe, secundum quod nobis magis utile  
 30 fuerit et acceptum. Si uero fratri nostro B. de terra  
 Teutonie ultra ducentos armatos in auxilium venirent,  
 idem marchio armatos totidem nobis mittet, vt terram  
 nostram defensare possimus. Et si aliquis princeps  
 Teutonie cum potencia contra nos veniret, idem marchio  
 35 ad defensionem intrabit personaliter terram nostram,  
 nisi ipsum legitima causa excuset, et tunc homines  
 suos mittet, vt eandem terram nostram suo possimus  
 auxilio defensare. Si autem pauciores quam ducenti  
 eidem fratri nostro in auxilium venirent, marchio  
 40 illos homines quos in confinio habet Polonie, in sub-  
 sidium nobis mittet. Preterea castrum Scidelowe ipsi

Cod. dipl. Lus. sup. II.



marchioni presentabimus ante festum beati Johannis baptiste. Quod si non faceremus, trecentas marcas argenti Misnensis ponderis ei in festo Michaelis soluemus. Si vero castrum Scidelowe per se optineret et per amiciciam ab Andrea, qui nunc idem possidet, haberet, tunc nos eidem Andree et suis seruis restaurum in bonis nostris propriis in feodo triginta duarum marcarum faciemus, quod feodum iam a dicto marchione iure optinent feodali. Et nihilominus nos eidem marchioni trecentas marcas solvemus. Preterea nullus ministerialis uel vasallus marchionis ipsius, contra nos dicto fratri nostro astabit. Quod si fieret, marchio erit inimicus illius, sicut nos fuimus atque sumus. Datum Misne, anno domini M.<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XLIX<sup>o</sup>, XII. kalend. Maji, septime iudictionis.

(Aus dem originale No. 471. auf pergament im k. s. geh. staatsarchive zu Dresden mit einem schön erhaltenen siegel an grünseidener schnur. Dasselbe stellt den im waffenrocke befindlichen geharnischten herzog, in der rechten hand die lanze mit dem fahnenschild, auf welchem der adler, in der linken den schild mit dem adler haltend, dar. Das von langem haar umwallte haupt des fürsten ist unbedeckt. Umschrift: † HENRJCVS DEJ GRA-CJA DVX ZLESIE.)

LI.

König Wenzel von Böhmen weist dem kapitel zu Wissegrad in Prag die streitigen orte Mislewitz und Cupsits im gau Budissin zu. D. Budissin (VII. jd. junii), 7. juni 1249.

Wencezlaus dei gracia quartus Boemie rex, vniuersis prefatas litteras inspecturis salutem in domino. Vniuersitati uestre tenore presencium innotescat, quod cum Fridericus de Boric super uillis Misseslewits et Cupsyts ad ius et proprietatem Wissegradensis prepositure pertinentibus coram nobis in forma iudicij



contra bone memorie Arnoldum Wissegradensis ecclesie  
 prepositum mouisset questionem, dicens eas ad se  
 pertinere, nos uisis et auditis rationibus allegacionibus  
 et probacionibus parciū, quia nobis plene constitit,  
 5 quod prefate uille ad ius et proprietatem Wissegra-  
 densis prepositure pertinebant, pleno iure, presiden-  
 tes in Budissin cum vniuersis terre baronibus et no-  
 bilibus sicut moris est iudicio generali easdem uillas  
 sententialiter adiudicauimus, cognitis euidentius cause  
 10 meritis preposito et prepositure memoratis. In cuius  
 rei publicum testimonium, ne tractu temporis quod  
 sollempniter actum est ualeat in dubium reuocari pre-  
 sentes concedimus litteris sigillorum nostrorum mu-  
 nimine roboratas. Actum in Budissin. Datum per  
 15 manum Herbordi curie nostre notarij, anno domini  
 M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup> nono, vii<sup>o</sup>. jdus junij.

*(Aus dem originale No. 473. auf pergament im k. s. geh.  
 staatsarchive zu Dresden, mit dem bekannten siegel des königs und  
 einem rücksiegel. Das siegel ist nur zur hälfte erhalten.)*

20

## LII.

Die bischöfe Dietrich von Naumburg und Hein-  
 rich v. Merseburg bezeugen den brief Otto I.  
 über die stiftung der Meissner kirche vom jahre  
 948 gesehen zu haben. D. Merseburch, 2. april  
 25 (IV. Non. April.) 1230.

Nos dei gracia Theodericus Nvenburgensis et H.  
 Merseburgensis episcopi, vniuersis hanc paginam in-  
 specturis salutem in omnium saluatore. Priuilegium  
 diue memorie Ottonis magni jmperatoris augusti, fun-  
 30 datoris Misnensis ecclesie non cancellatum, non ab-  
 olitum nec in aliqua sui parte uiciatum uidimus et  
 legimus in hec verba\*). Quia uero propter uiarum

\*) Folgt der stiftungsbrief wörtlich wie oben, daher er  
 weggelassen ist.



discrimina et malum statum terre ipsum originale ducere non est tutum, ut eidem adhiberi ualeat plena fides presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum Merseburch anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>l., iv<sup>o</sup>. nonas aprilis pontificatus nostri 5 anno quinto.

(Aus dem auf linien sehr schön geschriebenen originale auf pergament No. 5. im k. geh. staatsarchive zu Dresden mit zwei an grauseidener schnur hängenden siegeln in grünem wachse. Das erste derselben zeigt einen sitzenden bischof, den krummstab in der rechten, ein buch in der linken hand. Umschrift: † THEODERJCVS DEJ GRACJA NVENBVRGENSJS EPJSCOPVS †. Das zweite zeigt einen stehenden bischof, den krummstab in der linken, die rechte hand und die beiden mittelsten finger erhoben. Umschrift noch zu lesen: HEJNRJCVS DEJ GRACJA MERSEBVRCE ECCE. EPS. Auf dem raume vor den siegeln steht von neuerer hand: Indictione XI. Auf der rückseite des pergaments von einer hand des XIV. sec.: Transsumptum priuilegij diue memorie Ottonis secundi imperatoris et fundatoris ecclesie...)

## LIII.

20

Die bischöfe Theoderich v. Naumburg und Heinrich von Merseburg geben ein vidimus des briefes könig Otto's d. d. VIII. Jd. decembr. 996. Merseburch, IV. Non. April. 1250.

Nos dei gracia Theodericus Nvenburgensis et H. Mersburgensis episcopi, vniuersis hanc paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Priuilegium felicitis recordacionis Ottonis magni regis, fundatoris Misnensis ecclesie non abolitum non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciatum vidimus et legimus in hec verba. (Chrisma. In nomine — Franconofurt feliciter amen.)\*

\*) Der von uns verglichene wortlaut stimmt überein, weshalb wir die urkunde nicht nochmals inseriren.



Quia uero propter uiarum discrimina et malum  
 statum terre ipsum originale ducere non est tutum,  
 ut eidem adhiberi valeat plena fides presentem pa-  
 ginam sigillorum nostrorum munimine duximus robo-  
 5 randam. Datum Merseburhe anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L,  
 iij<sup>o</sup> Non. April., pontificatus nostri anno quinto.

*(Aus dem originale auf pergament No. 14. im k. s. staats-  
 archive zu Dresden mit den beiden schon oben beschriebenen sie-  
 geln der bischöfe.)*

10

## LIV.

Einigung Heinrich's markgrafen mit Conrad bi-  
 schof von Meissen, über verschiedene streitige  
 puncte, den decem in der mark Lusiz, die ge-  
 richtsbarkeit, die strassenrichtung, die steuer-  
 15 freiheit der geistlichen in der Meissner diöcese  
 betreffend etc. D. Misne, 22. Mai (XI. kal. junii)  
 1252.

Nos Henricus dei gracia Misnensis et Orientalis  
 marchio, Thuringorum lantgrauus et Saxonie comes  
 20 palatinus vniuersis Christi fidelibus tam presentibus  
 quam futuris hanc paginam inspecturis, salutem eter-  
 nam. Cum honorem et profectum Misnensis ecclesie  
 ob salutem ac remedium anime nostre, patris et ma-  
 tris nostre ac parentum nostrorum sincera fide et  
 25 omni deuocioni promouere uelimus, secundum omne  
 posse desuper nobis datum, dilecto compatri nostro  
 domino Conrado Misnensi episcopo suis successoribus  
 et ecclesie Misnensi, omnia iura super decimis pre-  
 dialibus marchie Lusicensis, primum et principaliter  
 30 a nostris bonis recipiendis admittimus libere ac solute,  
 consentientes ut et alij possessores intra dictam mar-  
 chiam teneantur ad idem. Volumus etiam ac libera-  
 liter consentimus quod de marchia Misnensi decime  
 secundum terre consuetudinem persoluantur. Similiter



libertates et condiciones canonicorum Misnensium,  
 religiosorum claustralium et tocius cleri Misnensis  
 dyocesis per nos et per nostros volumus inuiolabiliter  
 obseruari. Nullas eciam exacciones uel petitiones  
 faciemus aliquatenus in homines domini Misnensis 5  
 episcopi et homines canonicorum Misnensium seu ho-  
 mines claustralium uel secularium clericorum in Mis-  
 nensi dyocesi constitutos nec eciam sericia requi-  
 remus. Ceterum stratam regiam et thelonia secundum  
 consuetudinem antiquam seruari statuimus episcopo 10  
 et suis hominibus ac ecclesie memorate. Preterea  
 consentimus ut sedes synodales in ciuitatibus opidis  
 et villis tam archidiaconi quam archipresbyteri exer-  
 ceant prout consuetum fuerit atque iustum. Item si  
 aliqui canonici clerici uel claustrales seu homines 15  
 Misnensis ecclesie aliqua emerint ad sustentacionem  
 ipsorum, quod in hiis ab iis nullum theloneum requi-  
 ratur. Item si aliquis a domino episcopo a suis pre-  
 latis seu per alios fuerit excommunicationis sententia  
 innodatus et in Misnensi dyocesi denunciatus, volumus 20  
 quod ille a nobis et a nostris in nostra curia euitetur,  
 ita quod circa eum nulla communitio habeatur. Item  
 in iurisdictione sua circa Ztolp et alibi ipsum nolumus  
 impediri. Preterea nolumus quod clerici Misnensis  
 dyocesis coram nobis uel nostris iudicibus conuenian- 25  
 tur, inpignorentur uel ad iudicia secularia pertrahantur,  
 et si aliqua predictorum a nobis uel a nostris non  
 fuerint obseruata, uel etiam pretermissa, illa nobis  
 debent intimari, ut que obmissa fuerint, efficaciter  
 compleantur et que seruata non fuerint, secundum 30  
 quod expedit, obseruentur. Vt igitur omnia predicta  
 circa episcopum et Misnensem ecclesiam a nobis et  
 a nostris heredibus inuiolabiliter obseruentur, pre-  
 sentem paginam desuper conscribi fecimus et sigilli  
 nostri nunimine roborari. Petiuimus eciam ad confir- 35  
 macionem huius facti, sigilla venerabilium dominorum  
 Magdeburgensis archiepiscopi et Nuwenburgensis et  
 Merseburgensis episcoporum huic priuilegio applicari.  
 Datum Misne anno domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>l<sup>ij</sup><sup>o</sup>, XI. kal. junij, in-  
 diccione decima. Huic facto interfuerunt dominus 40  
 Theodericus episcopus Nuwenburgensis, Henricus



Misnensis ecclesie prepositus frater noster, Wernherus de Kirhberc prepositus, Otto de Vipehc, Magdeburgenses canonici, Johannes prior fratrum predicatorum in Lipze, Gozwinus prior fratrum predicatorum in  
 5 Magdeburc, Henricus lector fratrum minorum in Magdeburc, Meinherus burggravius de Misne, Albertus burggravius de Dewin, comes Albertus de Rauenswalde, Albertus burggravius de Liznik, Rudolphus miles de Luppe et alij quam plures.

- 10 *(Aus dem originale No. 508. auf pergament im k. s. staats-  
 archive zu Dresden mit vier siegeln. Das reitersiegel Heinrich's  
 des erlauchten ist an der unteren hälfte fast ganz zerbrochen. Das  
 zweite zeigt einen sitzenden bischof, in der rechten den krummstab,  
 in der linken ein buch haltend. Umschrift: † WJLBRANDVS DEJ*  
 15 *GRACJA MACDEBVRG. ECCLES. ARCHJEPIC. Die anderen bei-  
 den siegel zeigen ebenfalls bischöfe, den Naumburger in sitzender,  
 den Merseburger in stehender haltung. Bei Calles series episc.  
 Misnens. p. 176 ist der inhalt angegeben.)*

LV.

20 Bischof Conrad von Meissen befiehlt dem er-  
 priester zu Torgau die wegen seines vertrages  
 mit markgraf Heinrich dem erlauchten bezüg-  
 lich der mark Lusitz nöthigen schritte. D. Mag-  
 deburch, 8. juni 1252.

- 25 Conradus dei gracia Misnensis episcopus H. archi-  
 presbytero de Torgowe salutem in domino. Signifi-  
 camus uobis quod dominus marchio Misnensis nunc,  
 quando concordauimus cum ipso, suum consensum  
 adhibuit, ut in terra Lusacie ueras reciperemus de-  
 30 cimas prediales. Vnde uobis mandamus districte pre-  
 cipientes, quatenus a uestris parrochialibus omnibus  
 ueras decimas requiratis, injungentes nihilominus uobis  
 subiectis clericis vniuersis, ut et ipsi eorum parrochia-  
 libus demandent, vt nobis decimas nostras soluant ne



contra eos, licet inuiti, jure ecclesiastico procedere compellamur. Datum Magdeburch anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L<sup>o</sup>II<sup>o</sup>, idus junii pontificatus nostri anno VII<sup>o</sup>.

(Aus dem originale No. 510. auf pergament im k. s. staats-  
archive zu Dresden, ohne siegel.)

5

## LVI.

Otto und Heinrich bischöfe von Brandenburg und Havelberg geben ein transsumpt des vertrages sub No. LIV. vom jahre 1252.

Reuerendo in Christo patri et domino suo Hugoni titulo sancte Sabine presbytero cardinali apostolice sedis legato, nos dei gracia Otto Brandenburgensis et Henricus Havelbergensis episcopi subieccionem et reuerenciam tam debitam quam deuotam. Paternitati vestre tenore presentium notum esse uolumus, quod nos priuilegium domini Henrici marchionis Misnensis super compositione inter ipsum et dominum Conradum Misnensem episcopum conscriptum non aboliturum non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciatum uidimus et legimus in hec verba\*):

Verum quia predictus dominus Misnensis episcopus ipsum originale propter uiarum discrimina vobis transmittere non audebat, eiusdem originalis transcriptum sigillorum nostrorum munimine roboratum nobis transmittimus, supplicantes paternitati vestre vna cum domino Misnensi episcopo, quatinus (sic) predictam compositionem auctoritate vestra de verbo ad verbum vestro autentico insertam dignemini confirmare.

(Aus dem originale No. 517. auf pergament im k. s. staats-  
archive zu Dresden mit zwei siegeln, welche fast ganz unkenntlich  
und grossentheils zerbrochen sind.)

\*) Da die inserirten worte mit den in urkunde No. LIV. wörtlich übereinstimmen, haben wir sie ausgelassen.



## LVII.

Otto u. Heinrich bischöfe von Brandenburg und  
Havelberg geben dem deutschen könige Wil-  
helm ein transsumpt des zwischen Heinrich  
5 markgrafen von Meissen und Conrad bischof  
von Meissen geschlossenen vergleiches von 1252.  
D. eodem anno.

Gloriosissimo domino W. Romanorum regi sem-  
per augusto, nos dei gracia Otto Brandeburgensis et  
10 Henricus Havelbergensis episcopi cum orationibus  
deuotis paratam ad consequia voluntatem. Excellencie  
vestre tenore presencium cupimus notum esse, quod  
nos priuilegium domini Henrici marchionis Misnensis  
super compositione inter ipsum et dominum Conra-  
15 dum Misnensem episcopum conscriptum non abolitum  
non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciatum vi-  
dimus et legimus in hec verba:

Nos — quam plures.

Verum, quia predictus domnus Misnensis epis-  
20 copus ipsum originale propter uiarum discrimina uobis  
transmittere non audebat, ejusdem originalis trans-  
scriptum sigillorum nostrorum munimine roboratum  
uobis transmittimus, supplicantes serenitati vestre vna  
cum domno Misnensi episcopo quatinus predictam  
25 compositionem auctoritate regia de verbo ad verbum  
vestro auctentico insertam dignemini confirmare.

(Aus dem originale No. 516. auf pergament im k. s. staats-  
archive zu Dresden. Von den beiden siegeln ist nur das erste  
erhalten. Es zeigt einen bischof stehend mit der stola bekleidet,  
30 in der rechten ein kreuz, in der linken den krummstab haltend,  
umschrift: † OTTO DEJ GRA BRANDEBVRGEN EPC.)



## LVIII.

Hugo s. Sabine cardinalis, legatus, genehmigt den vertrag des markgrafen Heinrich mit dem bischofe Conrad v. Meissen und inserirt denselben wörtlich seiner bestätigung. D. Assone, 5  
30. August (III. kal. septembr.) 1252.

Venerabili patri dei gracia episcopo Misnensi frater Hugo miseratione diuina, titulo sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in domino caritatem. Ea que iudicio uel 10 concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur expedit prouidere. Vestra siquidem tota nobis peticio continebat, quod orta dudum inter vos et nobilem virum marchionem Misnensem super quibusdam 15 iuribus et libertatibus ecclesie uestre materia questionis, tandem inter vos et ipsum nobilem amicabilis compositio interuenit, prout in litteris inde confectis, quarum transscriptum venerabiles patres Brandeburgenses et Havelbergenses episcopi nobis sub sigillis 20 suis miserunt, dicitur plenius contineri. Nos igitur uestris deuotis precibus inclinati, compositionem ipsam, sicut rite ac sine prauitate factam, et ab utraque parte approbata est, atque in eiusdem ecclesie preiudicium non redundat, ratam et gratam habentes, ipsam aucto- 25 ritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem transscripti eiusdem de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes, qui talis est: (— —)

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam 30 nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemperare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Assone, III. kal. Septembr., pontificatus domini Inno- 35 centij pape IV. anno decimo.

Petrus Viterbiensis.

(Aus dem originale No. 514. auf pergament im k. s. staats-  
archive zu Dresden mit einem siegel, welches einen stehenden



bischof zeigt. Umschrift: † S. EPJS. HVG. TT. SCE SABJNE  
PRJ CARD.)

## LIX.

Papst Alexander erklärt sich über den zwischen  
5 dem bischofe und herzog Heinrich von Meissen  
beigelegten decimenstreit in der mark Lusiz.  
D. 14. october 1255\*).

Alexander episcopus seruus seruorum dei, ve-  
nerabili fratri . . . episcopo Misnensi salutem et aposto-  
10 licam benedictionem. Ea que iudicio vel concordia  
terminantur firma debent et illibata persistere et ne  
in recidiue contentionis scrupulum relabantur aposto-  
lico conuenit presidio communiri. Exhibita siquidem  
nobis tua petitio continebat, quod cum inter te et  
15 dilectum filium nobilem virum H. marchionem Mis-  
nensem super decimis terre Lusicensis iurisdictione  
temporali terre Wurciensis ac rebus alijs ad te et  
ecclesiam Misnensem spectantibus orta fuisset materia  
questionis, tandem mediante venerabili fratre nostro  
20 archiepiscopo Magdeburgensi loci metropolitano suis-  
que collegis amicabilis super hijs inter partes compo-  
sitis interuenit, prout in patentibus litteris confectis  
exinde plenius dicitur contineri. Quare pro parte  
tua petebatur a nobis, ut compositionem ipsam ro-  
25 borare apostolico munimine curaremus. Nos itaque  
tuis supplicationibus inclinati compositionem eandem,  
sicut rite sine prauitate prouide facta est, et ab  
utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice  
30 obseruata auctoritate apostolica confirmamus et pre-  
sentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo  
omnino hominum liceat hanc paginam nostre confir-

\*) Alexander wurde am 12. Dec. 1254 gewählt.



macionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Anagnie ii. idus octobris pontificatus nostrj anno 5 primo.

(Aus dem originale auf pergament im meissener stiftsarchive mit der bleiernen bulle und der inschrift: Alexander p. p. IV.)

### LX.

A. von Pforte und S. abt's von Ozzek erklärung 10  
über die aufnahme des durch Bernhard v. Kamenz  
gestifteten klostere Marienstern in den cister-  
cienserverband.

Nos A. de Porta et S. de Ozzek, dicti abbates  
ordinis Cisterciensis tenore presencium notum facimus 15  
omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam fu-  
turis, quod cum nos anno gracie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXIV<sup>o</sup> cenobium  
sanctimonialium, quod nobilis vir dominus Bernardus  
senior de Khamenz pia ductus deuocione, pro salute  
et remedio animarum tam sue quam omnium proge- 20  
nitorum et coheredum suorum, ad honorem omnipo-  
tentis dei et gloriose virginis Marie construxit Stellam  
quod sancte Marie nominauit, ordini nostro, auctori-  
tate desuper accepta incorporaremus. Prenominatus  
nobilis Bernardus omnia bona tam mobilia quam im- 25  
mobilia, que ad se iure hereditario pertinebant, quin  
etiam et illa que propriis sumptibus uel pecunia com-  
parauerat, accedente consensu fratrum et coheredum  
suorum, contulit sollempniter et appropriauit cenobio  
memorato, hanc adhibens condicionem, annuentibus 30  
et consentientibus venerabili domina Elysabeth abba-  
tissa totoque conuentu sanctimonialium ipsius cenobij  
scilicet Stelle sancte Marie, uidelicet ut de eisdem  
bonis centum marcarum redditus siue census, sin-



gulis annis temporibus vite sue sibi remaneant et pro beneplacito suo et dispositione propria deseruiant, contradiccione cuiuslibet non obstante. In huius rei memoriam et certitudinem pleniorum presentem paginam rogatu sepenominati nobilis Bernardi abinde conscribi et sigillorum nostrorum dominique abbatis de Cella, quem sepedicto cenobio patrem ac visitatorem prefecimus, insuper et domine abbatisse ipsius cenobii appensionibus iussimus communiri. Datum  
 10 per manum fratris Reinardi notarii monachi Portensis.

*(Aus dem originale No. 644. auf pergament mit drei siegeln — Pforte, Ozzek und Alt-Celle — im k. s. geh. staatsarchive zu Dresden.)*

## LXI.

15 Withego's bischofs und des domkapitels zu  
 20 Meissen erklärung über die beilegung des streites mit den vögten der markgrafen zu Brandenburg betr. die gerichtsbarkeit im lande Budissin. D. Budissin, 21. januar 1272.

20 Nos Withigo dei gracia Misnensis ecclesie episcopus tenore presencium protestamur, quod super discordia, que orta fuerat inter illustrem principem, dominum Johannem marchionem Brandenburgensem et Ottonem et Cunradum fratres suos ex vna, et nos  
 25 et capitulum nostrum ex parte altera, iudiciorum, que aduocati de Budessin in terra Budessinensi in possessionibus et proprietate ecclesie exercuerant, quorum etiam occasione diuina in predicta terra iam dudum  
 30 suspensa fuerant. Ad que concordanda in Budessin vna cum predicto principe domino Johanne marchione conuenimus in hac forma. Quod quatuor personis fide dignis commisimus vtrobique Ekehardo de Milbuz, Sifrido de Bissofwerde, militibus, ex parte



nostra et capituli nostri, Petro de Kasowe et Gotfrido  
 de Guize militibus ex parte principum predictorum,  
 ad hoc deputatis, vt a senioribus et melioribus in-  
 quisita plenius veritate dicerent et diffinirent, an super  
 bonis et proprietate ecclesie nostre Misnensis, dicti 5  
 principes aliquid iuris uel iudicij possiderent. Qui  
 quatuor, fide data et corporali prestito iuramento,  
 inuestigato negocio, coram nobis et dictis principibus,  
 multis astantibus nobilibus et fide dignis, fuerunt pu-  
 blice protestati, quod dicti principes Johannes, Otto 10  
 scilicet et Cunradus in tota terra Budessinensi et ter-  
 minis illis, quos dominus rex Bohemie dando eorum  
 progenitoribus assignauit in bonis et proprietate nostra,  
 et ecclesie nostre tam in feodatis quam in liberis,  
 nichil iuris uel iudicij habuerunt, sex villis duntaxat 15  
 exceptis pertinentibus ad nos et proprietatem ecclesie  
 nostre, quorum nomina sunt hec: Muzslesuwiz, Kupscize,  
 Kunewalde, Begerstorf, Sprewenberc et Friderichstorf,  
 in quibus dixerunt ad dictos principes iudicium per-  
 tinere. Super decimis quoque noualium circa villam 20  
 Slepe inter nos et ipsos marchiones est taliter ordi-  
 natum; quod quilibet mansus, tempore, census dabit  
 nobis et ecclesie nostre Budessinensi monete tres de-  
 narios nomine decimarum. De decimis uero in Ho-  
 gerswerde, quas vir nobilis dominus Hogers de Vri- 25  
 debere a nostra ecclesia et a nostris predecessoribus  
 et a nobis in feodo tenuit, sic eciam est concordatum  
 ut predicti marchiones nos et nostros successores  
 non impediri facient, qui nobis et nostris successoribus  
 sine diminucione modo debito persoluantur. De de- 30  
 cima in Gorie que vacabat nobis de morte duorum  
 fratrum Reinhardi videlict et Hermanni sic eciam est  
 concordatum, quod deinceps nobis et nostris succes-  
 soribus, qui pro tempore fuerint, sine impedimento  
 integre persoluantur. Quicquid eciam retentum est 35  
 de dictis decimis, nos pro bono pacis et concordie  
 relaxamus, dampnum eciam et iniuriam nobis et eccle-  
 sie nostre per aduocatos dictorum marchionum illatam,  
 ad consolidandam amiciciam maiorem, quantum ad  
 nos pertinet, ex mera relaxamus animi puritate. Actum 40  
 et datum in Budessin, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXIJ<sup>o</sup>, jn die



Agnetis, presentibus nobili viro comite Gunthero de  
 Lindowe, Bernhardo de Wardenberc, Heinrico de Bar-  
 deleue, Johanne de Wstrowe, Heinrico de Frisac, Jo-  
 5 hanne de Pollest, Theoderico de Wisterbusch, militibus  
 nostris. Item domino Bernhardo decano Misnensi et  
 domino Bernhardo de Kamenz fratre suo, Gunthero  
 de Biberstein et Heinrico de Waldowe, Berwico quon-  
 dam aduocato in Budessin, domino Ekkehardo de  
 10 Milebuz, Reinhardo de Temeriz, Friderico de Metcen-  
 rode, Zachmanno de Kazowe, Vlrico de Landeskrone,  
 Luthardo de Scriuerstorf, Heinrico juniore de Zcerin,  
 Zcaslao de Pentz, Alberto de Porsicz, domino Theo-  
 derico scholastico Misnensi et domino Johanne notario  
 15 nostro canonico Misnensi et alijs quam pluribus tam  
 clericis et lajcis fide dignis. In cuius rei testimo-  
 nium presentem litteram sigilli nostri munimine duximus  
 roborandam. Nos Cunradus prepositus, Bernhardus  
 decanus totumque Misnense capitulum predictam com-  
 20 positionis diffinicionem nunc venerabili patre ac do-  
 mino nostro Withigone Misnensi episcopo factam et  
 superius recitatam gratam et ratam habentes et ean-  
 dem sigilli nostri munimine commonimus.

(Aus dem originale No. 783. auf pergament im k. s. geh.  
 25 staatsarchive zu Dresden mit dem siegel des bischofs und dem  
 siegel des capitels zu Meissen.)

## LXII.

Heinrich markgraf u. Withego bischof v. Meissen  
 einigen sich über die form ihren streit wegen  
 der gerichtbarkeit über Wurzen, Meissen und  
 30 Stolpen, wie auch über die jagd an letzterem  
 orte beizulegen. D. Dresden, 10. september 1283.

Nos Henricus dei gracia Misnensis et Orientalis  
 marchio, recognoscimus tenore presencium publice



profitentes; quod cum inter venerabilem dominum  
 Wythegonem Misnensem episcopum ex vna, et nos  
 ex parte altera super iudicijs seu terminis iudiciorum  
 in omnibus bonis tam dicti domini episcopi quam ca-  
 nonicorum Misnensium Worcyn, Moghelin, Misne et 5  
 Stolpam et venacionibus prope Stolpam questio ver-  
 teretur. De consilio venerabilium dominorum Lutolfi  
 Nuwenburgensis et Heinrici Merseburgensis ecclesia-  
 rum episcoporum in hoc conuenimus et consensimus:  
 quod quatuor electi ex parte ipsius episcopi et ex 10  
 nostra quatuor, eandem causam audiant et discutiant,  
 et secundum quod ipsam causam diffiniuntur, ratum  
 seruabimus atque gratum. Sunt autem ex parte nostra  
 ad hoc electi et deputati nobilis vir Meynherus Mis-  
 nensis burgcrauius, Rudegherus de Scaghowe, H. ca- 15  
 merarius de Gnansteyn et Henricus de Syden. Ex  
 parte vero dicti domini episcopi Theodericus prepo-  
 situs Budysynensis, Conradus custos, canonici Mis-  
 nenses, Theodericus custos ecclesie Worczynensis et  
 Henricus dictus Burleban miles. Et si aliquis pre- 20  
 dictorum ante discussionem seu diffinicionem predicto-  
 rum decesserit vel interesse forsitan non potuerit,  
 alter substituetur eidem eque bonus. Jurabunt autem  
 predicti octo predicta diffinire et terminare bona fide,  
 omni comento fraudis siue doli remoto penitus et 25  
 excluso. In quorum euidentis testimonium hanc litte-  
 ram sigillis venerabilium dominorum episcoporum  
 predictorum et nostro fecimus sigillarj, presentibus  
 venerabilibus dominis episcopis supradictis, nobili viro  
 Meynhero burcgrauio Misnensi, Rudeghero de Scag- 30  
 howe, Henrico de Yscherstete, Johanne de Hersteyn,  
 Friderico magistro coquine, Hermanno de Tannenwelt,  
 militibus, Syfrido decano, Henrico cantore, Cunrado  
 custode, magistro Geuelj preposito in Hayn, magistro  
 Theoderico preposito Budysynensi, Johanne de Strele, 35  
 Petro, canonicis Misnensibus et alijs quam pluribus  
 fide dignis. Datum et actum Dresden, anno domini  
 M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXIII<sup>o</sup>, proxima sexta feria post natiuitatem  
 sancte Marie virginis gloriose.

*(Aus dem originale Nr. 1049 auf pergament im k. s. staats- 40*  
*archive zu Dresden mit drei siegeln, von denen die der bischöfe*

Cod. dipl. Lus. sup. II.

11



von Naumburg und Merseburg erhalten, das letzte nur noch so weit conservirt ist, dass man an den aufbewahrten stücken erkennt, wie es ein reitersiegel war.)

---

LXIII.

- 5 Erneuerte auf den vertrag von 1252 zwischen  
 markgraf Heinrich und bischof Conrad von Meis-  
 10 sen gestützte einigung in denselben streitfragen  
 seitens des markgrafen Heinrich und des bischofs  
 Withego von Meissen. D. 10 sept. (IV. id. sept.)  
 1284.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gracia  
 Misnensis et orientalis marchio, recognoscimus et te-  
 nore presencium publice profitemur, quod olim inter  
 venerabilem dominum Conradum quondam Misnensis  
 15 ecclesie episcopum bone memorie compatrem nostrum  
 ex vna, et nos ex parte altera, super quibusdam  
 certis articulis siue capitulis dissensionis materia fuis-  
 set suborta, et ob hoc terram nostram supposuisset  
 ecclesiastico interdicto, tandem compositio amicabilis  
 20 inter ipsum et nos, mediantibus fide dignis interces-  
 sit, prout in litteris nostris patentibus, extunc super  
 hoc datis continetur expresse. Quarum litterarum  
 tenorem presentibus fecimus de verbo ad verbum  
 annotari in hec verba:

- 25 Nos Henricus — quam plures\*).  
 Cvmque processu temporis inter venerabilem domi-  
 num Withegonem Misnensem episcopum compatrem  
 nostrum et nos super eisdem articulis et capitulis in  
 30 ipsis litteris comprehensis, et quibusdam alijs de novo  
 fuisset materia discordie suscitata, et ob hoc terram  
 nostram similiter supposuisset ecclesiastico interdicto,  
 venerabiles patres et domini, Lutolfus, Henricus Nuen-  
 burgensis et Mersburgensis ecclesiarum episcopi ad

---

\*) Wie oben No. LIV. p. 70.



instanciam precum nostrarum ad nos Dresden perso-  
 naliter accedentes, compositionem inter eundem do-  
 minum episcopum et nos habentes super hoc speciale  
 mandatum eiusdem episcopi Misnensis ordinauerunt  
 et fecerunt de omnibus et singulis in questionem de- 5  
 ductis, prout inferius per ordinem est expressum.  
 Et quidem ad ordinacionem dictorum episcoporum  
 Nuenburgensis videlicet et Merseburgensis liberaliter  
 admisimus et admittimus, quod de omnibus bonis  
 nostris liberis et solutis terre Lusacie dabuntur de- 10  
 creto decime prediales prout in priuilegio nostro  
 prius dato, de quo superius fit mentio, plenius conti-  
 netur, alijs articulis sev capitulis ibidem positis in  
 suo robore duraturis. De articulis vero de nouo  
 emersis inter eundem dominum episcopum Withego- 15  
 nem et nos vtpote de bonis vasallorum et hominum  
 Misnensis ecclesie taliter statuerunt, quod si quispiam  
 eorum propter perpetratum aliquod maleficium vel  
 aliam causam profugus de terra factus fuerit vel de-  
 tineatur captiuus persona delinquens prosequatur 20  
 saluis bonis ipsius que ab episcopo tenet, de quibus  
 idem episcopus se intromittet. Preterea si contingat  
 nos aliqua bona comparare, que sint decimalia epis-  
 copo et ecclesie Misnensi vel forte propter mortem  
 aliquorum nobis vacare contingat, episcopus suam 25  
 decimacionem de huiusmodi bonis sine nostro impe-  
 dimento et de nostra bona voluntate recipiet velut  
 ante. Dicimus insuper et promittimus bona fide, quod  
 omnem rancorem, inimicicias siue odia que con-  
 traximus et habuimus erga dictum dominum episco- 30  
 pum Misnensem compatrem nostrum dilectum et contra  
 quoslibet alios canonicos Misnenses et clericos ex puro  
 corde penitus relaxamus, nec vmquam ad memoriam  
 revocabimus malo zelo. Hec autem vniuersa et sin-  
 gula promittimus nos inuiolabiliter et fideliter serua- 35  
 turos et ad maiorem firmitatem predictorum hanc  
 litteram super premissis conscribi fecimus et sigilli  
 nostri munimine roborari. Nos quoque Ericus dei  
 gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus,  
 et nos Lutolfus eadem dei gracia Nuenburgensis et 40  
 Henricus Merseburgensis ecclesiarum episcopi ad pre-



ces illustris principis domni Heinrici Misnensis et Orientalis marchionis hanc litteram sigillis nostris fecimus consignari. Datum et actum Dresden, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXIIJ<sup>o</sup>, quarto idus septembris, presentibus episcopis videlicet predictis qui compositionem huiusmodi ordinarunt, Syfrido decano Misnensi, Heidenrico cantore, Johanne de Strele, magistro Theoderico preposito Budesinensi, Conrado de Boruz custode, magistro Gebehardo preposito in Hayn, Arnoldo de Jerichowe, Petro canonicis Misnensibus, fratre Johanne gardyano in Vribere, fratre Wilhelmo gardiano in Dresden, Cunrado et Hermanno fratribus in Dresden ordinis fratrum minorum, Meinhero burggrauio Misnensi, Rudegero de Schachowe, Heinrico de Jschirstete, Johanne de Herstein, Friderico magistro coquine, Hermanno de Thannenvelt magistro curie et aliis quam pluribus fide dignis.

(Aus dem originale No. 1050. im k. s. geh. staatsarchive zu Dresden mit nur einem siegel, dem dritten, die übrigen sind verloren. Dasselbe, unten ebenfalls zerbrochen, stellt einen sitzenden bischof, den krummstab in der rechten, ein buch in der linken haltend, vor. Umschrift: HEJNRJCVS DEJ GRAC . . . . JS ECCLESJE EPJS.)

#### LXIV.

25 Otto und Conrad markgrafen von Brandenburg sichern dem bischofe Withego v. Meissen für seine besitzungen ihren besonderen schutz zu.  
D.

Nos Otto et Conradus fratres, dei gracia marchio-  
30 chiones de Brandenburc tenore presentium protestamur, quod cum terra nostra Budesinensis et alie adiacentes prouincie essent in statu tam turbido et peruerso, quod quilibet pro libitu, dei et salutis sue immemores



episcopatum Misnensem non vererentur inuadere spo-  
 lijs, incendijs et rapinis. Et ut nos talibus inuasio-  
 nibus et iniurijs succurrere dignaremur, venerabilis  
 pater dominus Withego Misnensis episcopus nostram  
 in hoc capitans beniuolenciam, quinquaginta marcas 5  
 argenti liberaliter nobis dedit. Nos igitur sujs desi-  
 derijs grato affectu succurrere cupientes, bona Mis-  
 nensis ecclesie omnia terris nostris adiacentia in  
 nostram proteccionem recipimus, volentes non solum  
 nunc sed tempore quolibet in futuro, vt advocati 10  
 nostri in Bvdesin quicumque pro tempore fuerint, ac  
 alii nostri homines vniuersi predictum dominum episco-  
 pum et successores in possessionibus ecclesie semper  
 protegant et defensent, addicientes quod bona Mis-  
 nensis ecclesie tam libera quam infeodata in libertate 15  
 tali manebunt, quemadmodum in priuilegio nostro  
 dato super concordia habita inter ipsum episcopum  
 et Misnensem ecclesiam ex vna et nos ex parte al-  
 tera, plenius est expressum. Rancorem quoque, si  
 quem habuimus contra dictum dominum episcopum 20  
 bono animo liberaliter relaxamus. Et ut inter nos et  
 heredes nostros et Misnensem episcopum, qui pro  
 tempore fuerit, omnis dissensionis materia conquiescat,  
 fideles nostros Lvtherum de Palowe et Thyzonem de  
 Paruwitz milites strennuos specialiter ad hoc pro 25  
 nobis esse volumus obligatos, eorum accedente con-  
 sensu, vt vna cum alijs militibus nostris terre Bude-  
 sinensi caueant, ne aduocati nostri, qui pro tempore  
 fuerint in Budesin, aliquas exactiones seu iudicia siue  
 jurisdictiones quascumque in bonis Misnensis ecclesie 30  
 presumant aliquatenus exercere. Sed in libertate illa  
 maneant, prout in priuilegio de quo supra fit mentio  
 a nobis dato plenius continetur. Et vt hec ordinacio  
 inuiolabiliter obseruetur, presentem litteram sigillorum  
 nostrorum appensionibus duximus roborandam. Testes 35  
 vero qui huic ordinationj interfuerunt sunt hij: do-  
 minus Meinherus vir nobilis burcgravius Misnensis,  
 dominus Conradus de Richere aduocatus noster in  
 Budesin, dominus Lvtherus de Schribersdorf, dominus  
 Tyzo de Panuwitz, nostri milites, dominus Bernhardus 40  
 prepositus Misnensis ecclesie, dominus Conradus the-



saurarius, dominus Johannes de Strele, dominus Arnoldus de Jericho, dominus Petrus de Cyce canonici Misnensis ecclesie et quamplures alij fide digni.  
Datum . . .

- 5 (Aus dem originale No. 1117. auf pergament im k. s. staats-  
archive zu Dresden mit zwei siegeln, von denen das Otto's so ziem-  
lich erhalten, das zweite aber ganz zerbrochen ist.)

### LXV.

Bruno bischof von Naumburg meldet dass die  
10 von seinem vorgänger bischof Lutolf an Dietrich  
dekan zu Budissin verkauften morgen in villa  
Zalesin bei Strele, von letzterem an die Meiss-  
ner kirche geschenkt, auch vom Naumburger  
capitel die lehenshoheit darüber an das Meiss-  
15 ner übergegangen sei. D. Naumburg, (13. febr.)  
Jd. febr. 1288.

Nos Bruno de j gracia Nuemburgensis episcopus  
notum facimus vniuersis et presentibus litteris pro-  
testamur, quod cum ecclesia nostra oppressa esset  
20 graui honere debitorum, redditusque ejusdem ecclesie  
pertinentes ad mensam episcopalem multipliciter alie-  
natj adhuc existentes, ita tenues, quod de ipsis red-  
ditibus dicta onera debitorum non solum attenuare  
vel diminuere poterunt, immo crescebant de die in  
25 diem uehemencius et in tantum, quod iam eidem  
ecclesie nostre nisi ei celeri et maturo succurreretur  
consilio, dampna irrecuperabilia euidenter imminebant.  
Vnde post multos et uarios tractatus super his, que  
premissa sunt cum preposito, decano, totoque capi-  
30 tulo ecclesie nostre habitos non occurrit aliquod con-  
siliu nisi vt fieret aliqua ecclesie nostre bonorum



alienacio, ut sic recepta de dictis bonis pecunia prelibata ecclesia nostra eximeretur a premissis oneribus debitorum, et licet venerabilis in Christo, bone memorie Lutolfus episcopus, predecessor noster duodecim mansos et dimidium liberos ad mensam episcopalem 5 pertinentes in villa Zalesin iuxta Strele sitam uenderit pro certa pecunie quantitate honorabili viro Theoderico preposito Budesinensi, vt in privilegiis super hoc confectis plenius continetur. Nondum tamen cum dicta pecunia et aliis bonis ecclesie nostre venditis idem dominus Lutolfus, predecessor noster, ad 10 solucionem debitorum non poterat aliququaliter peruenire, verum cum partem debitorum exsoluerit dictus predecessor noster, residuam partem soluendam nostre sollicitudini ex debito reliquit, habito consensu et consilio sepe dicti capituli nostrj, residuos vndecim mansos et dimidium infeodatos quocunque genere infeodacionis in dicta villa Zalesin sitos, antedicto Theoderico, Budesinensi preposito nobis in Christo dilecto cum pratis, pascuis, virgultis, viis et inuis, seruiciis, iuribus et cum omni iudicio magno et parvo in uilla et in agris et cum omnibus utilitatibus, que nunc insunt vel inesse poterunt in futurum pro decem et nouem marcis argenti Strelensis ponderis vendidimus interueniente iusto empcionis et vendicionis titulo et 25 eosdem mansos ad preces ejusdem prepositi Budesinensis Misnensi ecclesie in perpetuum donamus justo proprietatis titulo possidendos, et sicut antedicti mansi ad ecclesiam nostram pertinent, sic cum omnibus iuribus transeant cum consensu tocus capituli nostri 30 ad ecclesiam Misnensem, nobis nichil juris et ecclesie nostre in posterum reseruantes. Profitemur etiam, nos totam pecuniam supradictam recepisse et in solucionem debitorum premissorum integraliter conuertisse, absoluimus similiter dictam villam Zalesin et 35 rusticos ejus a frequentacione iudiciorum trium vel plurium, quas facere solebant tribus vicibus in anno ad ciuitatem nostram Strele temporibus retroactis. Et ne alicuj super predictam alienacionem, et oracionem et donacionem dubietas oriatur, presens priuilegium 40 sigillorum nostri et capituli nostri munimine fecimus



roborarj. Hujus rei testes sunt: Bruno prepositus, Conemundus decanus, Albertus de Grizheim, Otto cantor, Lutolfus de Allerstete, Hermannus archidiaconus Plisnensis, canonici ecclesie nostre, Cunradus pincerna de Saleck, Guntherus de Gussowe, Otto de Lichtenhain, Johannes de Wirichusin, milites, Nycolaus de Ysenberc, capellanus noster, Albertus de Storcowe, Heinricus de Busilleiben, notarij curie nostre, Cunradus plebanus de Laz, Heinricus de Saten, aduocatus ciuitatis nostre Strele et alij quam plures canonici, clerici et laici fide digni. Datum Nuenburg, anno domini MCCLXXXVIII<sup>o</sup>, ydus Februarij, pontificatus nostrij anno tercio.

(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive mit zwei wohlerhaltenen siegeln, von denen eins das des bischofs Bruno, das andere das des Naumburger capitels darstellt.)

## LXVI.

Papst Bonifacius VIII. befiehlt dem bischofe von Merseburg die vom bischofe von Meissen angeblich versetzten und verkauften güter des capitels sofort wieder an die kirche zu Meissen zurückgeben zu lassen. D. 1. mai 1298.

Bonifacius, episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . . episcopo Merseburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam venerabilis frater noster . . . episcopus Misnensis, quam predecessores sui episcopi Misnenses, qui fuerunt pro tempore, decimas, terras, redditus, castra, domos, possessiones, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, iura, iurisdictiones et quedam alia bona ad mensam suam episcopalem spectantia, datis super hoc litteris, interpositis iura-



mentis, factis renunciationibus et penis adiectis, in  
 gravem ipsius mense lesionem, nonnullis clericis et  
 laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad  
 non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel  
 sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super 5  
 hiis confirmationis litteras in forma communi a sede  
 apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra  
 interest, super hoc de oportuno remedio providere,  
 fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, qua-  
 tinus ea, que de bonis ipsius mense per concessionem 10  
 huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta non  
 obstantibus litteris, iuramentis, penis, renuntiationibus  
 et confirmationibus supradictis ad ius et proprietatem  
 eiusdem mense legitime revocare procures, contra-  
 dictores per censuram ecclesiasticam appellatione 15  
 postposita compescendo. Testes autem qui fuerint  
 nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint  
 censura simili appellatione cessante compellas veritati  
 testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum  
 Petrum, Kalendas Maij pontificatus nostri anno quarto. 20

*(Aus dem originale im Meissner stiftsarchive.)*

### LXVII.

Meinher burggraf von Meissen legt den zwischen  
 Dietrich dekan zu Budissin u. Siffrid v. Wilden-  
 hain, über die villa Baselitz schwebenden streit 25  
 bei. D. 22. september (in octava michaelis)  
 1298.

Nos Meinherus dei gracia burgravius Misnensis  
 tenorem presencium protestamur, quod cum quedam  
 causa et dissencionis materia inter dominum Theo- 30  
 dericum prepositum Budesinensem ex vna, et Siffri-  
 dum de Wildenhain, laicum, super quibusdam agris 35



et pascuis adiacentibus ville Paselitz et adiacentibus  
 similiter prato, quod dicitur Borkenwise ex parte al-  
 tera exorta fuisset, quia dictus Siffridus dicebat ex  
 morte Reinhardi dicti Nase de Jawernitz et fratrum  
 5 et patruelium suorum dictos agros et pascua ad se  
 deuoluta esse, qui ab eo tenebantur titulo feudali.  
 Aliquibus diebus amicabilibus a partibus hinc inde  
 seruatis, tandem in nostra presencia dictis partibus  
 constitutis, lecto priuilegio, quod dicti agri et pascua  
 10 ad capellam sancti Johannis baptiste in curia mar-  
 chionis in castro Misnensi sita proprietatis tytulo per-  
 tinebant, videbatur singulis presentibus, quod ante-  
 dictus Siffridus in sepedictis agris et pascuis penitus  
 nichil iuris haberet, qui eciam nunquam fecerat men-  
 15 cionem temporibus retroactis. Tandem precibus nostris  
 sepedictus Siffridus inclinatus, si quid iuris habuit in  
 agris vel pascuis superius dictis, hoc totum pro se  
 et heredibus suis liberaliter resignauit et penitus re-  
 nunciauit de beniuola voluntate, nichil sibi iuris et  
 20 heredibus suis in antea reseruando. In cuius rei  
 testimonium sigilli nostri munimine presentem litteram  
 duximus consignandam. Testes huius sunt: Vlricus,  
 miles dictus Olsinitz, Apetz de Mvnen et Th. Sebenitz.  
 Datum et actum Misne in palacio nostro anno domini  
 25 M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVM<sup>o</sup>. in octaua Michaelis.

(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive.  
 Das siegel zeigt einen geharnischten, der in der rechten hand einen  
 speer mit einer fahne, auf welcher ein kreuz, in der linken ein  
 schild mit dem kreuze hält. Umschrift: SJGJLLVM MEJNHERJ  
 30 BVRGRAUJJ Misn.)

### LXVIII.

Testament Dietrichs dekans von Budissin und  
 domherren zu Meissen. S. a. et d.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen.  
 35 Cum nichil cercius sit morte et nichil incercius hora



mortis, secundum legitimas sanctiones et propter du-  
 bios et incertos euentus et inpiam debilitatem humane  
 nature mors, que nulli parcat, modo inopinato sua  
 celeritate hominem exanimem facere consuevit. Ne  
 eius celeritas me Theodericum, prepositum Budesi- 5  
 nensem et canonicum Misnensem preoccupet, et non  
 dispositis rebus meis viam uniuerse carnis ingredi  
 faciat intestatum, sancti spiritus gracia inuocata meum  
 testamentum condo et facio per modum inferius anno-  
 tatum, eligens testatores et testamenti mei executores: 10  
 dominum Petrum decanum, magistrum Conradum, can-  
 torem, canonicos ecclesie Misnensis, dominum Siboth-  
 onem, plebanum de Jochgrin\*) et dominum Petrum,  
 Misnensis ecclesie perpetuum vicarium, quibus omni-  
 bus et singulis cedo acciones meas contra omnes de- 15  
 bitores exigendi et repetendi debita mea. Similiter  
 annum gracie prebende eis committo, vt de omnibus  
 et singulis ordinent et disponant pro remedio anime  
 mee, quidquid eis videbitur. Nichilominus in persona  
 propria, que sequuntur statui et legauit: primo om- 20  
 nium non obstante uicaria per me constructa in ho-  
 nore sancti Laurencij et sancti Nicolai in ecclesia  
 Misnensi in sinistra parte monasterij, quam contuli  
 dilecto Petro, capellano meo, ad quam vicariam as-  
 signavi et contuli omnes redditus tam argenti, quam 25  
 anone ville Zalezen circa Strele et in Coufbach ter-  
 cium dimidium talentum et triginta denarios et in  
 ciuitate Misna viginti sex solidos et quinque lapides  
 ad illuminandum altare predictorum sanctorum Lau-  
 rencij et Nicolai, nunc in honorem sancte crucis et 30  
 sancti Martini aliam vicariam de novo decrevi con-  
 struere, construo et construxi, cuius vicarius ad de-  
 seruiendum choro Misnensi teneatur, prout ceteri vi-  
 carii consueuerunt, ad quam vicariam altare construi  
 debet in loco congruo monasterii tempore oportuno, 35  
 et predictum altare predictus vicarius officiet, prout  
 de hoc velit et possit domino reddere rationem et  
 ut mei, patris mei et matris mee, Gotscalci, decani  
 Misnensis, Waltheri, decani Magdeburgensis et aliorum

\*) Jochgrin = Stolpen, alte bezeichnung für diese stadt. 40



amicorum et benefactorum meorum frequentem memoriam agere teneatur, ad cuius vicarie consumacionem do, lego et assigno omnia mea, que in parato vel in debitis in supellectili, equis, pecoribus, et in  
5 annona cujuscunque generis habeo uel habere potero, annum graciae similiter ad hoc duputans. Curia mea duntaxat excepta, committo Reinhardo, auunculo meo, canonico Misnensi, assignaui in sanitate corporis constitutus, volens tamen dictam curiam canonicalem per  
10 manere, moderacione tamen injecta in premissis, ut dicte vicarie primo et principaliter ad minus circa decem marcas annui redditus comparentur. De residuo uero, si quid fuerit legata specialiter claustris et piis locis et personis exsoluantur, discrecioni testatorum meorum predictorum committens distribuenda,  
15 ordinanda et pertractanda singula, prout de ipsis gero fiduciam et saluti mee uiderint expedire. Dictam uero vicariam post mortem meam quocienscunque vacare contingerit, persone ydonee sacerdoti prepositus, decanus et capitulum Misnense conferant, prout  
20 melius uiderint expedire. Preterea in persona propria lego fabrice Misnensi quatuor marcas et librum meum matutinalem. Item fratribus Minoribus in Misna quatuor marcas, quarum due sunt persolute cum lecto  
25 meo meliori. Item lego abbatibus et conventibus in Cella, in Dobriluch et in Buch, ordinis Cisterciensis, item priori et conventui in Pigavia, item preposito et conventui in Schillen, cum quibus quinque claustris habeo confraternitatem; singulis istis quinque claustris  
30 lego duas marcas et uolo, ut obitus meus per specialem nuncium transitorie destinatum eis intimetur, et singuli rogentur, ut obitum meum per ordinem suum faciant publicari, et jus fraternitatis nunc peragant cum uigiliis et missis animarum et oracionibus  
35 secundum consuetudinem ordinis approbatam. Item lego duas marcas generali ordinis Cisterciensis, quas abbas de Dobriluch sibi deportabit cum litteris confraternitatis, ut me commendet oracionibus omnium fratrum totius ordinis ipsorum. Item lego ad sanctam  
40 Afram Misne decem marcas, cum quibus comparare debunt redditus unius marce, ut anniuersarius meus,



Henrici patris mei, et Jutte matris mee apud ipsos  
 annis singulis peragatur, de qua marca prepositus  
 ministrabit conuentui quinque solidos, infirmarie quin-  
 que solidos, ad mensam suam decem solidos reser-  
 uabit. Item lego sanctimonialibus in Zorinthze\*) vnum 5  
 talentum, in Sitstenrode vnum talentum, ad sanctam  
 Crucem\*\*) vnum talentum, in Mulberch conuentui  
 unum talentum et cognate mee ibidem vnum talen-  
 tum, in Stuchow vnum talentum, item fratribus Mi-  
 noribus in Vriberch unum talentum, fratribus in Dres- 10  
 den vnum talentum, fratribus in Ozzecs unum talen-  
 tum, fratribus in Turgowe unum talentum. Item lego  
 ad scribendum nouum breuiarium ad chorum Mis-  
 nensem duas marcas, in Schilow argenteum cingulum  
 meum et alteram dimidiam marcam. Infirmis in campo 15  
 ad capellam faciendam vnum talentum, ad sanctum  
 Dionisium in Cluse decem solidos. Domino Heinrico,  
 capellano cantorís, decem solidos ut memoriam mei  
 in suis oracionibus habeat, Ottoni, scolari cognato  
 meo vnam marcam et pallium meum subductum vi- 20  
 ridi. Item matri Ottonis et filie sue in Dresden duos  
 lectos et caphardum nouum et pallium longum, quod  
 subductum fuit pellibus lintinis. Item Henrico cellario  
 meo ad precium suum unam marcam, item duabus  
 consanguineis meis, in Ozzecs, Insche et Margarethe 25  
 sororibus Siffridi, quatuor lectos et vnam marcam.  
 Item domino meo episcopo meum cingulum argen-  
 teum cum pede et vitrum meum romanicum et vlassam  
 meam magnam et alias tres maiores omnes stanneas.  
 Item domino decano duas vlassas stanneas, que 30  
 fuerunt domini de Boruz et mensam meam, que stat  
 in camera mea, circumpositam nigro ligno. Item ma-  
 gistro Conrado cantori duas vlassas stanneas, quas  
 duxit post supradictas acceptandas et duò cantara  
 stannea de una stopa et unam mensam, quam duxit 35  
 acceptandam. Alia vasa mea tam in vlassis, quam  
 in cantaris stannea diuidantur inter canonicos secun-  
 dum quod testatoribus videbitur expedire, ita tamen

\*) Sornzig.

\*\*) Heil. Kreuzkloster vor Meissen.



quod domino lectori primo dentur tria cantara  
 stannea, vnum de vna stopa et duo de duobus quar-  
 talibus, item dominis canonicis omnibus vnam carra-  
 tam vini. Item duobus servis meis, scilicet Walthero  
 5 de Cozzebude et Henrico Calvo duos equos meos,  
 scilicet rubeum et griseum, qui sunt in curia mea,  
 relique famulicie detur precium suum deservitum.  
 Item relinquo curiam meam Reinhardo avunculo meo,  
 sicut superius est expressum. Relinquo tamen in  
 10 eadem curia quatuor lectos, quatuor mensas, duas, in  
 quibus comeditur tempore hiemali et duas, in qui-  
 bus comeditur tempore estivali. Relinquo eciam ibi-  
 dem dolea, lagenas, sartaginem, ollas et patellam et  
 quidquid pertinet ad coquinam et ad braxatorem.  
 15 Item de eidem Reinhardo decretum meum, summam  
 Gamphredi, casus decretorum et questiones in uno  
 volumine, summam Bartholomei et digestum novum,  
 et nota, quod Reinhardus dabit de curia mea singu-  
 lis annis duo talenta, quorum in anniversario meo  
 20 quindecim solidos dividat inter pauperes et scolares,  
 item quinque solidos dividet inter sacerdotes pro vi-  
 giliis et missis animarum. Item de secundo talento  
 dabit in bona sexta feria pauperibus et scholaribus  
 decem solidos, item eodem die fratribus Minoribus  
 25 viginti denarios, hospitali viginti denarios et leprosis  
 viginti denarios. Item per quadragesimam dabit quin-  
 que solidos pro vigiliis et missis animarum. Volo,  
 ut hec duo talenta Reinhardus det temporibus vite  
 sue, et post mortem suam faciat cum dicta curia ad  
 30 utilitatem suam secundum quod sibi videbitur ex-  
 pedire. Item do Conrado avunculo meo, canonico  
 Budesinensi decretales et digestum vetus. Item do  
 codicem cum funeralibus in uno volumine sequen-  
 tibus Gebehardo avunculo meo, canonico Wurcinensi,  
 35 alias vero et quaternos hii tres inter se dividant,  
 prout placet. Item assigno domino Sibothoni tunicam  
 meam subductam pellicio mardrino et omnes pelues  
 meas. Item domino Petro tegumen hirsutum et lectum  
 meum, quo tegor et duas mensas. Item domino  
 40 Rudgero pallium subductum pellibus lintinis, bursam  
 sericeam et unum annulum. Item domino Thisconi



de Wistrop, domino Conrado de sancto Johanne, domino Petro et domino Henrico capellano cantoris, cuilibet istorum unam bursam et unum annulum. Item fratribus Minoribus in Misna longam mensam et lectum magnum. Item missalem meum dominicalem 5  
lego summo altari in Budesin. Item duos habeo adhuc missales libros, inter quos dominus Petrus eligere debet meliorem. Reliquum de ad altare, quod construendum ad vicariam et calicem meum. Item casulam meam meliorem de baldechino cum prepanicis 10  
(Aufschlägen) attinentibus, duas ampullas cum pannis de pictis et pallis, capelle curie mee. Item do ad altare sancti Laurentii et Nicolai casulam stripeam cum suis attinenciis. Item ad altare sancti Johannis in curia reg. casulam de baldechino cum suis attinenciis. Hec omnia persolvi debent de omnibus rebus meis mobilibus et immobilibus, si fieripotuerint, primo tamen omnium debitis meis, si que sunt, persolutis et vicaria mea de decem marcis vel circa primo et principaliter comparata. Alia omnia per me 20  
minus prestita et incompleta, meis committo testatoribus, ut de hiis faciant pro salute anime mee secundum quod ipsorum discrecioni videbitur expedire. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo nonogesimo nono, in die Prisce virginis, dominis Misnensibus canonicis presentibus, scilicet: domino Johanne, preposito majore, domino Alberto de Luppe, domino Herchenberto de Starch: domino Conrado, cantore, domino H. de Zwein domino . . . de Lutchenberch et aliis quam pluribus fide dignis. 30

*(Aus dem originale auf pergament mit drei siegeln im Meissner stiftsarchive. Es hängt daran das siegel des Petrus dekans der Meissner kirche, das eigene des Theodericus prepositus de Budisin, endlich des M. Conrad domherren zu Meissen. 35*



## LXIX.

Dietrich's prepositus zu Budissin, kleineres testament. D. 1299.

Ego Theodericus dei gracia prepositus Budesi-  
 5 nensis notum fieri cupio omnibus per presentes, quod  
 pro salute anime mee institui in ecclesia Misnensi  
 cathedrali perpetuam uicariam et altare in honore  
 sanctorum Laurentii et Nycolai, cuius collacionem  
 01 volo post mortem meam ad Misnense capitulum per-  
 10 tinere. Cui vicarie contuli et dedi villam Zalesen  
 iuxta Strele cum omnibus prouentibus nichil penitus  
 excipiendo. Item in uilla Chofbach iuxta Wilansdorf  
 quinquaginta solidos et XXX. denarios Vribergensis  
 monete. Item in ciuitate Misna viginti et sex solidos  
 15 minus tribus denariis et vnum macellum quod soluit  
 annuatim quinque lapides sepi purificati ad illumi-  
 nandum altare predictorum sanctorum. De istis pro-  
 uentibus uolo ut uicarius dicte vicarie peragat anni-  
 05 uersarium meum distribuendo canonicis presentibus  
 20 in vigiliis in Misna vnum talentum cum decima hos-  
 pitaliter vicarijs et sociis XV. solidos, custodi vnum  
 solidum si ponet candelas super sepulcrum in vigilijs  
 et missa. Item idem tenebitur singulis septimanis  
 05 dicere tres missas vnam de domina nostra aliam pro  
 25 peccatis terciam pro defunctis, et procurabit aliam  
 missam pro defunctis celebrari singulis septimanis,  
 uel si uolt poterit personaliter adimplere. Item in  
 anniuersario meo distribuet pauperibus panes sex so-  
 00 lidorum. Insuper singulis septimanis per annum dabit  
 30 pauperibus vnum modium siliginis prout in aliis meis  
 scriptis et priuilegiis melius est expressum. Hec  
 omnia committo vicario qui tempore fuerit in animam  
 suam et conscienciam ad implenda ut in die iudicij  
 ad salutem propriam omnipotenti deo possit reddere  
 35 racionem. Datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup> nono, in  
 die beate Prisce virginis.

(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive.  
 Das siegel ist zerbrochen. Von demselben legate ist eine ausführ-  
 40 lichere ausfertigung bereits Cod. dipl. Lus. sup. I. Aufl. p. 110  
 sqq. gedruckt.)



## LXX.

Die geschworenen der stadt Zittau erklären den erben eines gewissen Tylo und Theodericus, denen die münzprägung vor der verlegung derselben von Zittau nach Kuttenberg zustand, dass 5 das anrecht auf die hälfte einem jeden verbleiben solle. D. 21. Aug. 1312.

Nos Wilricus iudex nec non vniuersitas juratorum ciuitatis Zittauie, ad uniuersorum noticiam deferentes presentibus publice protestamur, nobis certo cercius 10 hoc constare, fabricam monetariam spectantem ad dictam ciuitatem Zittauie, nempe autem de maturo consilio per felicis recordacionis dominum quondam Wencezlaum serenissimum Boemie et Polonie regem in montem Kuttis, pro communi terre bono 15 translata, Petri et Frizkonis filiorum quondam Tylonis, dicti de Tilia, nostri conciuis iusticialiter fore mediam, alia vero media parte dicte fabrice ad posteros ac heredes, Theoderici dicti Langschenkl, jure hereditario similiter pertinente. Quamuis quidem inter 20 heredes predictorum Tylonis et Theoderici, diuturno tempore defunctorum, racione priuilegij per magnificum principem quondam Ottokarum regem Boemie, memorato Theoderico super eadem fabrica tantum collati, cum tam prefatus Tylo, quam ipse Theodricus 25 prenotatam fabricam simul tytulo empcionis comparauerint, de partibus eiusdem fabrice disceptacio suborta fuerit, que tum per viros ydoneos fratrem Fridricum priorem monasterij Cedlicensis, Nycolaum de Nefshof, Hainricum Chirchpergerum, Dietmarum monetarium et Andream dictum Schartzach, quorum arbitrio ipsa disceptacio extitit contradicta et fuit in 30 posterum abolita et sopita et partibus vtriusque assentientibus. Et quia uellet in parte sua inprimis fabrice pars quelibet contentari, ad nostram et dicti 35 montis Kutne presenciam venientes, suppliciter postulantes, quatenus ne ipsis, videlicet heredibus preactorum Tylonis et Theoderici, de partibus vtrorumque



sepe dicte fabrice, impeticio seu calumpnia deinceps alteri ab altero eorum valeret, vel per quempiam alium peroriri nostras ipsis super eo dignaremur litteras erogare. Quorum condignis precibus annuente  
 5 tes, ad tenendam et possidendam perpetuo heredibus prefati Tylonis partem mediam sepe fate fabrice et heredibus prelibati Theoderici, partem alteram jure hereditario ipsorum voluntate et consensu accedentibus, nostras eis litteras contulimus, sigilli nostri et  
 10 sigilli honorabilium virorum antefati montis Kutne juratorum munimine roboratas. Testes ciuitatis Zittauie prenotate sunt: Hermannus Groze, rector scabinorum: Nycolaus de Hirsuelde, scultetus Stainruker, Herimannus de Tyrkow, Guntherus de Gablona, Chunradus magister scole, Petzoldus Razolt, Hermannus de Budesin, Petrus Herwordi, Fritzko de alta domo, Ysenricus de Sbidenitz, Wernherus Merer, jurati vero dicti montis, Tyrmannus Lutie, Ekhardus, Hermannus de castro, Vlimannus mercator, Nycolaus de Oderen,  
 20 Syboto Kelberk, Hermannus Buchardi et Henricus de Smalbach aliique viri quam plurimi fide digni. Acta sunt hec anno domini millesimo trecentesimo decimo secundo, XII. kal. Septemb.

(Aus dem originale No. 1970. auf pergament im k. s. geh. staatsarchive zu Dresden mit den siegeln der stadt Zittau und des kutttenberges, von denen nur letzteres völlig erhalten ist.)

### LXXI.

Das Meissner capitel verkauft den domherren Reinhard von Gubin, Ulrich v. Dyben u. Peter von Budissin den zehnten auf mehrere güter, unter  
 30 der bedingung, dass sie diesen dereinst in ihrem testamente der Meissner kirche legiren. D. Meissen, (in crastino Benedicti) 1315.

Nos H. dei gracia prepositus, H. decanus, totumque capitulum ecclesie Misnensis protestamur per  
 35

Co. d. p. l. sup. II.



presentes, quod maxima necessitate nos urgente con-  
 pulsus sumus distraere aliquos redditus prebendarum  
 nostrarum, unde decimam nostram sitam circa Lit-  
 schenitz in villis infra scriptis videlicet: octo maldra  
 utriusque siliginis et avene vendidimus domino Reyn- 5  
 hardo de Gubin, domino Ulrico de Dyben, concano-  
 nicis nostris et domino Petro de Budesin perpetuo  
 vicario nostre ecclesie, tali condicione interjecta, quod  
 ipsi omnes et singuli debent in ecclesia nostra de  
 ipsa decima suum facere testamentum. Sepedicta 10  
 autem decime dominus Ulricus medietatem, dominus  
 Reynhardus quartam partem et dominus Petrus quar-  
 tam partem reliquam exsolverunt. Actum et datum  
 in capitulo nostro omnium canonicorum ad capitulum  
 nostrum pertinencium et voluntate voluntaria acce- 15  
 dente, anno incarnationis dominice mcccxv. in crastino  
 Benedicti. Ne igitur in posterum super hac dis-  
 traccione alicui dubium aliquod vel ambiguitas valeat  
 suboriri, presentem litteram desuper sic conscriptam  
 predictis dominis dedimus, nostri capituli sigilli mu- 20  
 nimine roboratam. In Otwek xviii. mansi, in Spiit  
 viii. mansi, in Gorentz x. mansi, in Schachow xviii.  
 mansi, plebanus ibidem habet tres mansos, allodium  
 sex, in Birmitz xi mansos, in parvo Litschenitz vii.  
 mansos. 25

*(Aus dem originale im Meissner stiftsarchive.)*

## LXXII.

Otto v. Bergow und Timo v. Kolditz bedanken  
 sich bei dem landgrafen Friedrich zu Thüringen,  
 dass er sie vor herzog Heinrichs bestrebungen 30  
 um das land zu Budissin gewarnt habe. (S. d.)

Im august oder september 1319.

Dem edelen hochgebornen fursten vnd vnserm  
 lieben genedigen herren dem lantgraven Frideriche zcu



Dvringen vnd dem marcraven von Missen vnd dem  
herren czu Plissen, entpit ich Otto von Bergow der  
eldeste, vnd her Time von Koldicz vleissiclich vnsern  
getrewen dinst. Herre, vnd danken ewern genaden,  
5 das ir uns gewarnt habet an ewerm briue, das vns  
herczog Heinke hertlich gemant hat vor vnsern minen  
herren von Bemen vm daz lant czv Budessin, vnd  
tvn ewern genade czv wissen, daz wir dar czv ge-  
tan haben vnd tvn wollen daz beste, daz wir kunnen  
10 oder mogen vnd biten ewer genad, alz wir euch des  
getrawen vnd geleuben, daz ir vns dar czv rat vnd  
helfet. Czv vordest durch vnsern herren willen von  
Bemen vnd durch vnsern ewigen dinstes willen wen  
wir eintrechtlich zvlche wege zuchen, vnd der bur-  
15 gen ein teil gezant haben czv vnsern herren von  
Bemen, daz wir das hoffen noch ewerm rate, daz  
vns wol do von geholffen wirt. Vber di red wisset  
daz euch vnse herre kurzlich boten senden wirt aus  
seinem rate, di mit euch tedingen werden, daz euch  
20 beiden gvt wird. Vnd do hab wir auch daz beste  
czv getan, das wir mochten das wir des hoffen das  
es vrevntlich beginnet czu wissen euch sten, so  
wisset herre von mir Tymen von Koldicz vm di  
strasse czv dem Lvterstein daz euch mein herre do-  
25 rvm ein entwort enpoten hat. Do hab ich das beste  
czv getan.

(Aufschrift.) Serenissimo principi domino Fri-  
derico lanerauo Tvringie nec non marchioni Misnensi  
et domino in Plisse.

30 *(Aus dem originale ohne siegel auf papier im k. s. geh.  
staatsarchive zu Dresden. Die zeit dieser zuschrift ist unzweifel-  
haft nach dem tode markgraf Waldemars von Brandenburg und  
vor dem übergange an Heinrich von Jauer zu setzen.)*



## LXXIII.

Der convent zu Naumburg am Queis erklärt in  
 bezug auf die ihm überwiesene kirche zu Lau-  
 ban sich den capiteln zu Meissen und Budissin  
 unterwerfen zu wollen. D. Budissin, 29. octo- 5  
 ber 1321.

Nos Mychael prepositus siue prior, Katherina prio-  
 rissa totusque conuentus sanctimonialium beate Marie  
 Magdalene ordinis sancti Augustinij in Nuwynburg  
 prope fluuium Quiz Wartizlouiensis diocesis, presen- 10  
 tibus publice promictimus et cum hijs scriptis nos  
 obligamus reuerendo in Christo patri domino Wythe-  
 goni episcopo Misnensi et capitulis Misnensis et Bu-  
 dessinensis ecclesiarum obtinendum plenum consensum  
 et voluntatem nostri superioris super renunciacione 15  
 priuilegiorum obtentorum et obtinendorum exemptio-  
 nis et libertatis nostre quacum ad ius parrochiale  
 ecclesie Lubanensis nobis incorporate et donate, se-  
 cundum quod in litteris predicti dominij episcopi Mis-  
 nensis et sui capituli super hoc lucidius continetur. 20  
 Predictum vero consensum procurabimus ante diem  
 beati Johannis baptiste proximo affuturum. In cuius  
 obligacionis plenum testimonium nostrum sigillum pre-  
 sentibus est appensum. Datum Budissin anno domini  
 m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xx<sup>o</sup> primo, in crastino beatorum apostolorum 25  
 Symonis et Jude.

(Aus dem originale No. 2223. auf pergament im k. s. geh.  
 staatsarchive zu Dresden. Das siegel fehlt.)



## LXXIV.

Bischof Withego von Meissen genehmigt die  
 dotirung der Marienkirche zu Lübben durch  
 Hermannus de Lubyn beständigen vikar in  
 5 Meissen, mit zwei talenten Freib. pfennige in  
 villa Hofchin. D. 1326 in synodo.

Nos Withigo dei gracia Misnensis ecclesie epis-  
 copus recognoscimus et ad vniuersorum tam presen-  
 cium quam futurorum volumus noticiam peruenire,  
 10 quod dominus Hermannus de Lubyn dicte Misnensis  
 ecclesie perpetuus vicarius, cupiens auumentare pro-  
 uentus ecclesie sancte Marie in Lubin olim sue, apud  
 honestum virum Heinricum de Slinitz conpatrem, pa-  
 trem dilectum in villa Hofchin duo talenta Vribergen-  
 15 sium denariorum annui census preter viginti sex de-  
 narios tercium dimidium modium tritici viginti pullos  
 et quinquaginta oua pro augmento dotis dicte ecclesie  
 in Lubin sua pecunia comparauit, vt sacerdos qui  
 pro tempore fuerit, sui et parentum suorum, tam in  
 20 ambone quam in canone nec non semper faciat  
 specialem, et vt vnam missam de beata virgine in  
 sabbato et vnam pro defunctis terciam pro remedio  
 animarum eorundem celebret singulis septimanis, in-  
 super anniuersarium dicti domini Hermanni, quando  
 25 de medio vocatus fuerit, cum vigiliis et missa per-  
 agat et panem quantum de vno modio siliginis pictari  
 poterit in ipso anniuersario pauperibus distribuere  
 annis singulis sit astrictus. Dicitus tamen dominus Her-  
 mannus predictum censum et redditus suis vsibus  
 30 quoad vixerit reseruabit. Eo autem mortuo dicta bona  
 cum omni iure et vtilitate ad predictam ecclesiam  
 perpetuis temporibus pertinebunt, vt sacerdos qui  
 pro tempore fuerit ipsi libencius ualeat deseruire.  
 Sed quia dicitus compater noster Henricus de Slinicz  
 35 bona predicta a nobis et ecclesia nostra in feudum  
 tenuit, ipse nobis vna cum prefato domino Hermanno  
 humiliter supplicauit, vt censum seu redditus predictos  
 ad manus meas per dictum Heinricum libere resignatos



prefate ecclesie cum pleno jure et vtilitate presentibus  
 appropriamus donamus et tradimus nostri capituli  
 consensu ad id plenarie accedente, volentes et de-  
 cernentes bona eadem ad jus et tuicionem libertatis  
 ecclesiastice perpetuis temporibus inuiolabiliter per- 5  
 tinere. Vt autem premissa perpetue firmitatis robur  
 obtineant presens scriptum sigillo nostro duximus ro-  
 borandum. Nos quoque Waltherus prepositus, Con-  
 radus de Ztrel senior canonicorum totumque capitu-  
 lum predice Misnensis ecclesie approbacionem et do- 10  
 nacionem dictorum bonorum a reuerendo patre et  
 domino nostro episcopo predicto factum approbamus  
 ratificamus ac ipsi liberaliter consentimus. In quorum  
 evidenciam sigillum capituli nostri huic scripto duximus  
 apponendum. Datum Misne anno domini millesimo 15  
 ccc<sup>o</sup>xxvi<sup>o</sup> in synodo benedicta presentibus domino Lu-  
 tero archidiacono Nisicensi, domino Alberto de Lysnik  
 cantore, domino Hermanno preposito Budissinensi,  
 domino Hermanno de Wolfchicz custode, dominis de  
 Gubin, domino Reinhero de Vroburg canonicis ecclesie 20  
 Misnensis et alijs fide dignis.

*(Aus dem originale auf pergament im Meissner stiftsarchive  
 mit zwei siegeln.)*

### LXXV.

Rudolf herzog zu Sachsen stellt in gegenwart 25  
 vieler edelleute eine quittung über 1810 schock  
 Prag. groschen aus, welche die burggrafen v.  
 Golssen für mehrere besitzungen darunter das  
 schloss Ruhland vom bischofe zu Meissen em-  
 pfangen haben. D. 13. juli 1332. 30

Nos Rudolfus dei gracia dux Saxonie, Angarie,  
 Westphalie, comes in Bren, burchgravius in Magade-



borch sanctique imperij archimareschalcus, recognos-  
 cimus et tenore presencium litterarum ad vniuersorum  
 noticiam publice uolumus deuenire, quod anno incar-  
 nationis domini millesimo trecentesimo tricesimo se-  
 5 cundo, die beate Margarete virginis famosi famuli  
 Hermannus, Rychardus et Heynricus fratres burch-  
 grauij de Golsin, constituti coram nobis in Pryckin,  
 presentibus nostris fidelibus et aliis multis, scilicet  
 honorabili viro domino Alberto Mysnensis ecclesie pre-  
 10 posito, Heynrico pincerna de Schenkendorf, Rychardo  
 de Damis, Lothero de Reuelt, militibus, Bodone de  
 Ylburg, Gerhardo de Nidde, Ottone de Ylburg de  
 Sunnenwalde, Ottone pincerna de Schenkendorf, Hentz-  
 kone de Damis, Berengario de Schoninvorst, Johanne  
 15 preposito in Kemerik tunc temporis curie nostre pro-  
 thonothario, Syffrido capellano nostro canonico Vitten-  
 bergensi, Hartmanno Wagener, Conrado et Andrea  
 fratribus de Globik, Conrado de Ueltewicz, Hermanno  
 de Themicz, et alijs multis ydoneis recognouerunt  
 20 manifeste: Se fore pagatos plane et sufficienter de  
 mille et octingentis et decem sexagenis grossorum  
 Pragensium, per reuerendum in Jesu Christo patrem  
 et dominum nostrum dominum Wytchonem Mysnen-  
 sis ecclesie episcopum et famosos uiros dominum  
 25 Heynricum et dominum Thymonem de Kolditz, de  
 pecunijs dicto domino nostro episcopo mutuatis, eciam  
 de pecunijs de castro Rulant et de religiosis viris  
 domino abbate et conuentu suo Doberlug pro emenda  
 patris predictorum fratrum burchgrauiorum de Golsin  
 30 receptis, dimittentes racionabiliter et rite quitos et  
 solutos penitus et omnimode predictum domnum  
 nostrum episcopum, domnum Heynricum et domnum  
 Thymonem de Koldicz conuentuanos suos et eccle-  
 siam Mysnensem, eciam plane omnes episcopos, pre-  
 35 dictum dominum nostrum episcopum in ecclesia  
 predicta futuris temporibus succedentes de pe-  
 cunia supradicta. Et ne alicui de hoc dubium in  
 posterum generetur et ecclesia predicta Misnensis  
 monicionibus predictorum fratrum burchgrauiorum de  
 40 Golsin eorumque heredum seu successorum aliquibus  
 frangeretur, presentem litteram dari iussimus sigillo



nostro sigillatam. Datum anno, loco et die supra-  
dictis infra.

(Aus dem originale No. 2592. im k. s. geh. staatsarchive zu  
Dresden, an welchem ein auf der rechten seite etwas zerbrochenes  
reitersiegel am pergamentstreifen hängt.)

5

## LXXVI.

Withego's bischofs v. Meissen benachrichtigung  
an alle plebane seiner diöcese, dass der inner-  
halb derselben zwischen weltgeistlichkeit und  
den minoriten entstandene zwist glücklich auf  
einer synode beigelegt sei. D. Mysne, 18. Octo-  
ber 1332.

Witho<sup>1)</sup> dei gracia episcopus Misnensis vniuer-  
sis et singulis plebanis et vice plebanis per dictam  
meam dyocesim constitutis salutem in domino. No- 15  
ueritis quod hodie, hoc est in die sancti Luce, tem-  
pore synodi, super dissensione que inter nos vos ex  
vna et fratres minores<sup>2)</sup> parte vertitur ex opposita,  
super qua eciam dissensione in nos est tamquam in  
arbitracionem amicabilem compromissum, cum con- 20  
sensu mei<sup>3)</sup> capituli disponimus et ordinamus isto  
modo, quod fratres predictos in nostram proteccionem  
et promocionem recepimus specialem, requirentes  
seriose ut eosdem fratres similiter sicut et nos cu-  
retis promouere, vos eisdem in recepcione et ad- 25  
missione ipsorum libertatum caritatiuas promociones<sup>4)</sup>  
et amicabiles nostri amore, et ob diuinam remune-  
racionem principaliter exhibentes, in quo nobis ex-

<sup>1)</sup> Witko. <sup>2)</sup> minores et predicatores. <sup>3)</sup> nostri. <sup>4)</sup> pro-  
Cod. dipl. Lus. sup. II.



hibitis amiciciam<sup>5)</sup> satis gratam erga vos jugiter remunerandam, nec quidquid litigii dissensionis seu discordie cum dictis fratribus de cetero moueatis, neque de quarta neque de alijs negocijs quibuscunque,  
 5 quousque super huiusmodi discussionibus, per dominum apostolicum; cuius decisioni et ordinacioni premissa sunt commissa, fuerit diffinitum. Nam negocium huiusmodi hinc et declaracionem domni pape in bono et concorditer stare debet, prout per nos  
 10 sicut infra<sup>6)</sup> premittitur, est tractatum. Datum Misne<sup>7)</sup> in synodo Luce anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXXII.

*(Aus dem schlecht geschriebenen originale No. 2600. auf pergament im k. s. geh. staatsarchive zu Dresden, ohne siegel. Etwas weiter unten stehen von einer späteren hand desselben jahrhunderts,  
 15 die worte: Anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>LXXIV<sup>o</sup> hanc litteram recepi in Erphordia in conuentuali palacio nostri ministri reuerendi. Ein transsumpt des notars Simon de Tilia vom jahre 1376 in demselben archive, hat die verzeichneten varianten.)*

### LXXVII.

20 König Johann v. Böhmen belehnt Hermann burggrafen v. Golssen in derselben weise mit dem schlosse Pulsnitz, wie es früher die v. Pulsnitz, besessen. D. Prag, 12. Nov. 1344.

Nos Johannes dei gracia Boemie rex ac Lucemburgensis comes, ad vniuersorum noticiam volumus  
 25 peruenire, quod, quia viri Hermannj burgrauij de Golsyn fidelia seruicia per eum, nobis hactenus exhibita et inantea exhibenda, attentius attendentes, sibi castrum Polsnitz in terra Budyssinensi situatum, cum  
 30 omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, feudatis et non feudatis, iure feudi duximus conferendum, per eum et heredes suos eo iure, quo illi de Polsnitz,

mouere. <sup>5)</sup> amiciciam exhibetis. <sup>6)</sup> infra fehlt. <sup>7)</sup> Misnye.



tempore quondam Woldemarj marchionis Brandenbur-  
 gensis pridem tenuerunt possidendum, regendum per-  
 petuis temporibus et habendum, jure et tytulo feu-  
 dali. Tenebantur quoque dicti burggravius de Golsyn,  
 heredes et successores sui, nostri heredum et suc- 5  
 cessorum nostrorum regum Boemie, ad instar aliorum  
 fidelium vasallorum fideles esse et vasalli harum serie  
 et testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum  
 duximus appendendum. Datum Prage in die crastino  
 beati Martinj, anno domini millesimo trecentesimo 10  
 quadragesimo quarto.

*(Aus dem originale No. 5002. auf pergament im k. s. staats-  
 archive zu Dresden, mit dem (zerbrochenen) reitersiegel des königs.)*

### LXXVIII.

König Johann v. Böhmen verspricht dem Albert 15  
 senior von Leisnig, ihn auf den todesfall des  
 burggrafen v. Golssen mit dem schlosse Puls-  
 nitz zu belehnen. D. Prag, 9. october 1345.

Nos Johannes dei gracia Boemie rex ac Lucem-  
 burgensis comes notum facimus tenore presencium 20  
 vniuersis, quod nos dilectis fidelibus nostris Alberto  
 seniori de Lisnyk et filijs suis Heinricho et Alberto  
 ob specialis prerogatiuam fauoris quo ipsos prose-  
 quimur, gratiam cupientes facere specialem, ipsis  
 castrum Polsnicz, omni eo iure et modo, quo ipsum 25  
 a nobis fidelis noster Hermannus de Golszen a nobis  
 habere dinoscitur, in casu quo ipsum Hermannum de  
 hac luce absque heredibus legitimis emigrare con-  
 tingeret, in feudum perpetuum et hereditarium damus  
 concedimus et donamus, per ipsos habendum, tenen- 30  
 dum, vtifruendum et possidendum, iure modo et forma  
 superius expressatis, taliter quo prefati Albertus Hein- 35  
 ricus et Albertus de dicto castro in casu prefato nobis



intendere parere et obedire fideliter teneantur, harum  
nostrarum testimonio litterarum. Datum Prage in die  
sancti Dyonisji, anno domini millesimo trecentesimo  
quadragesimo quinto.

5 (Aus dem originale No. 3025. auf pergament im k. sächs.  
geh. staatsarchive zu Dresden. Das daran gehangene kleinere  
siegel ist zerbrochen.)

### LXXIX.

Johann v. Michelsberg (auf Oybin) vermittelt den  
10 frieden zwischen Otto burggrafen von Donin und  
Meinhard burggrafen von Meissen. Prag, 17. Dec.  
1345.

Nos Johannes de Michelsperg, tenore presencium  
recognoscimus inspectoribus vniuersis, quod nobilis  
15 vir domnus Otto dictus Lubdich buregravius de Donin  
amicus noster fidelis veras treugas pacis inter nos  
parte ex vna et nobilem virum dominum Meynhar-  
dum Misnensem burcrauium parte altera statuens or-  
dinavit, taliter quod si quis nostrum alteri dampna  
20 inferre voluerit vel nocere proposuerit ipsum litteris  
suis quatuor ebdomadas antea scire faciat aut diffidat.  
Quas treugas pacis nos Johannes de Michelsperch su-  
pradictus promittimus fide nostra sine omni malo dolo  
25 ratas tenere et inuiolabiliter obseruare. Similiterque  
pro omnibus amicis nostris promittimus qui causa  
nostri faciunt et dimittunt. Insuper nos Otto dictus  
Lubdich buregravius de Donin vna cum predicto domno  
30 Johanne de Michelsperch, pro eisdem treugis promit-  
timus modo suprascripto. In cuius rei testimonium  
sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Prage  
anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo  
quinto, sabbato proxima ante festum beati Thome  
apostoli.

35 (Aus dem originale No. 3027. auf pergament im k. s. geh.  
staatsarchive zu Dresden mit zwei siegeln.)





X

Hist. Sax. F. 205-1:7  
und  
Hist. Sax. F. 205-2, 7, Köhler  
und  
Hist. Sax. F. 205-2, Anh.



SLUB Dresden



2 0272976